

SOCIÉTÉ ARCHÉOLOGIQUE D'EURE-ET-LOIR

CARTULAIRE

DE

NOTRE-DAME DE JOSAPHAT

PAR

M. L'ABBÉ CH. MÉTAIS

TOME SECOND



CHARTRES

HOTEL DE LA SOCIÉTÉ ARCHÉOLOGIQUE D'EURE-ET-LOIR

16, Rue Saint-Pierre, 16

M. CM. XII

**CARTULAIRE**  
DE  
**NOTRE-DAME DE JOSAPHAT**

19A 222-2

2701/E

68.5

SOCIÉTÉ ARCHÉOLOGIQUE D'EURE-ET-LOIR

CARTULAIRE

DE

NOTRE-DAME DE JOSAPHAT

PAR

M. L'ABBÉ CH. MÉTAIS

TOME SECOND



CHARTRES

HOTEL DE LA SOCIÉTÉ ARCHÉOLOGIQUE D'EURE-ET-LOIR

16, Rue Saint-Pierre, 16

M CM XII

# CARTULARIUM

## ABBATIÆ SANCTÆ-MARIÆ DE JOSAPHAT

### TOMUS SECUNDUS

CCCLVI

Avril 1217. — ORLÉANS.

Legs par Regnault Chenart de 3 muids de froment que les moines devaient lui mener à Chartres ou au Puiset, etc. En retour les moines célébreront chaque année son anniversaire.

*Quitacio Raginaldi Chenart super charretum quoddam et unum sextarium bladi*

Raginaldus Chenart, miles, omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod ego, gravi infirmitate detentus et de anime mee salute sollicitus, in remissionem peccatorum meorum et pro remedio animarum antecessorum meorum, in perpetuam elemosinam quitavi, contuli et concessi abbati et monachis Beate-Marie de Josaphat Carnotensis charretum quoddam trium modiorum bladi quod mihi singulis annis ducere tenebantur apud Carnotum vel apud Pitteacum, ubi locorum pocius eligebam. Quitavi etiam eisdem monachis unum sextarium bladi et procurationem unius diei que in domo ipsorum apud Mauseses campipartor meus percipere consueverat annuatim. Hanc elemosinam meam concesserunt Letitia, uxor mea, et primogenita filia mea Agnes, et Guillelmus Potart, gener

meus, et altera filia mea Aalix, uxor ejus, cum filiis et filiabus suis. Ipsi autem devotionem nostram erga eos attendentes, concesserunt mihi et prefate conjugi quod anniversarium nostrum et primogeniti filii nostri defuncti Philippi, et patris et matris mee, annuatim apud ipsos in perpetuum celebretur. Et in die anniversarii mei fratribus dabitur ferculum pietatis. Et quia sigillum non habebam, domino meo Aurelianensi episcopo supplicavi quod ipse elemosinam meam, sicut in presenti cartula continetur, ut firmior in posterum habeatur, auctoritate sigilli sui in perpetuum confirmaret. Actum Aurelianis, anno gratie M° CC° XVII°, mense aprilii.

Mss. 10103, p. 49, n° 117.

### CCCLVII

Juin 1217.

Approbation par Gilduin de Chantereine de l'aumône de son père,  
Robert de Chantereine.

#### *De decima de Chantereine*

Raginaldus, Dei gratia Carnotensis episcopus, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noveritis universi quod Robertus de Chantereine, miles, quondam dederat in elemosinam pauperibus et religiosis monachis Josaphat quicquid in decima de Chantereine habebat et predicti monachi in possessionem illius decime fuerant per multos annos, precedente tempore. Filius ejus Gilduinus, forte malignorum consilio, calumpniatus est elemosinam factam predictis monachis a patre suo et possessionem eorum turbavit, sed postea penitens, ipse et pater suus in presentia nostra constituti, dictam decimam in manu nostra dimiserunt; et ad humilem ipsorum petitionem ipsam decimam sepedictis monachis reddidimus et in puram et perpetuam elemosinam, quiete et pacifice possidendam concessimus. Quod ut ratum sit presens

scriptum sigilli nostri impressione fecimus communiri. Actum anno  
gratiae M° CC° septimo X°, mense junio.

Mss. 10103, p. 40, n° 94. — MSS. 5418 (Gaignières), f. 95 : « scellé en cire  
verte. »

## CCCLVIII

Novembre 1217.

Désistement du chevalier Ebrard de Pisseloup, de ses réclamations  
au sujet de la donation faite par son cousin Guarin.

*De concessione Ebrardi de Pisselupo, militis, super elemosina quam fecit  
ecclesiae de Josaphat Carnotensis Guarinus consanguineus ejus*

Ego Goslenus, Leugarum dominus, presentibus et futuris notum  
fieri volo quod Ebrardus miles de Pisselupo, fidelis meus, coram me  
constitutus, in puram et perpetuam elemosinam contulit et concessit  
monachis de Josaphat donum quod antea predictis monachis fecerat  
Guarinus, consanguineus ejus, ibidem monachus factus, de hereditate  
sua, et calumpniam quam occasione istius doni tanquam dominus  
feodi et successor hereditatis dicti Guarini contra eosdem monachos  
moverat, super altare beate Virginis offerendo quittavit, et ab uxore  
et liberis suis facere quittari bona fide promisit. Mihi autem domino  
suo humiliter supplicavit quod dictam elemosinam, a se et a prefato  
Guarino consanguineo suo factam et a Nicholao de Riparia milite et  
fideli meo, de quo idem Ebrardus tenebat in feodum, laudabiliter  
approbatam, in guarantiglia mea susciperem, et si ipse Ebrardus vel  
alius aliquis sepedictos monachos de cetero super pretaxata elemosina  
perturbare aut molestare presumeret, requisitus a monachis me semper  
defensorem opponerem, ad quod faciendum heredes etiam mei, domini  
Leugarum, ex ipsius Ebrardi petitione et mea obligatione tenerentur.  
Quod ut firmum et stabile perseveret litteras meas inde dedi sigilli

mei<sup>1</sup> munimine confirmatas. Actum anno gratie M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XVII<sup>o</sup>, mense novembri.

*Archives départementales d'Eure-et-Loir*, H. 2044, parchemin. — MSS. 10103, p. 103, n° 31. — MSS. 5418 (Gaignières), f. 174, avec le dessin du sceau.

## CCCLIX

1217.

Radulphus, abbé de Fescamp, aiant faict appeller devant les abbés de Saint-Faron et de Séez, G(arin), abbé de Josaphat, par commission du Saint-Siège, touchant deux maisons en la censive de Saint-Georges, disputées entre le prieuré de Saint-Georges de Mantes<sup>2</sup>, dépendant de Fescamp, et le prieuré de la Brosse, dépendant de Josaphat, ledict abbé de Fescamp accorde que le prioré de la Brosse pourra posséder à perpétuité lesdites deux maisons, à la charge de payer à celui de Mantes quarante-trois deniers par an, et à condition qu'il ne pourra pas posséder autre chose en ladite censive. (En un sceau est l'image de Dieu le père et à l'entour UNITAS. En l'autre, semble estre l'image d'un évêque).

*Archives départementales d'Eure-et-Loir*, H. 1983, et H. 2167, f. 95.

## CCCLX

Février 1217 (N. S. 1218).

Donation par le chevalier Geoffroy de Sens, à Josaphat, où son fils était enterré et où il avait choisi lui-même sa sépulture, d'un muid de froment sur sa terre de Villemain, à Dammarie.

*De uno modio bladi quem habemus Villemain*

Ego Gaufridus Senonensis miles et Berta, uxor mea, omnibus pre-

<sup>1</sup> Le sceau dessiné par Gaignières est rond et représente au recto un cavalier revêtu de sa cotte de maille, l'épée levée à la main droite et à la main gauche un bouclier armorié d'un lion rampant. Légende : S. GOSLENI DE LEVGIS. MILITIS. Au verso un lion semblable dans un écu triangulaire.

<sup>2</sup> Guillaume, abbé de Josaphat et Jean Pasté, prieur de la Brosse, donnèrent à bail une maison, sise à Mantes, 1399. La même année, l'abbé nomma à la cure de Fermetot.

sentes litteras inspecturis notum facimus quod, amore Dei et pro remedio animarum nostrarum, et specialiter pro anima Gaufredi, filii nostri defuncti, monasterio de Josaphat, in quo idem karissimus filius noster sepultus jacet et nos etiam, Deo volente, elegimus sepulturam, in gaagnagio nostro de Villemain, in parrochia Domine-Marie, unum modium melioris bladi dedimus et contulimus in perpetuam elemosinam annis singulis in crastinum nativitatis beate Marie capiendum. Itaque quicumque prefatum gaagnagium nostrum tenuerit dictum modium bladi, absque contradictione nostri vel heredum nostrorum, indilate solvere tenebitur monachis de Josaphat, termino pretaxato, concedentibus et approbantibus filiabus nostris Margarita et Martha; monachi vero dicti monasterii ad humilem petitionem nostram, nostra et predicti Gaufridi anniversaria in eorum monasterio celebrari perpetuo concesserunt. Hanc etiam elemosinam laudaverunt et concesserunt sorores dicti Gaufredi, Margarita vicedomina et Mabilia uxor ejus, et ad confirmationem ejusdem elemosine litteras maritorum suorum Guarini de Friesia et Hugonis de Fractavalle haberí fecerunt. Robertus quoque dominus Bellimontis, ad cuius feodum predicta terra pertinet, hanc elemosinam voluit et concessit. Et ad majorem firmitatem sigilli sui munimine confirmavit. Ego autem Gaufridus pro me et pro Bertha, karissima conjugé mea, predictam donationem litteris commendo, et ut predictis monachis rata permaneat auctoritate sigilli mei confirmo. Actum anno gratie M° CC° XVII°, mense februario.

Mss. 10103, f. 84, n° 7. — MSS. 5418 (Gaignières), f. 72, « deux sceaux en cire blanche. »

### CCCLXI

Février 1217 (N. S. 1218).

Vente à Josaphat par Raignaud, maire du Tronchet, pour la somme de 60 sous, de deux sous de cens dans la paroisse de Saint-Arnoult, avec l'approbation de Guillaume et de Robert de Vieux-Pont, seigneurs du fief.

*Confirmatio venditionis facte monachis de Josaphat duorum solidorum census apud Sanctum-Arnulfum*

Ego Guillelmus de Veteri Ponte, omnibus notum facio, quod

Raginaldus major de Troncheo<sup>1</sup>, in presentia mea constitutus, recognovit se vendidisse monachis de Josaphat pro LX solidis Carnotensibus duos solidos censuales quos predicti monachi eidem solvere consueverant annuatim, pro decima in parrochia Sancti-Arnulphi, juxta Curvam villam sita, quam Humboudus et Rosa uxor sua eisdem monachis contulerant nomine elemosine perpetuo possidendam, concedente patre meo bone memorie Roberto de Veteri Ponte, domino Curveville. Hanc autem venditionem fecit predictus Raginaldus, concedentibus et approbantibus matre et uxore sua et liberis suis, et coram me promisit quod si aliquis contra veniret, bona fide quamdiu viveret se defensorem et garantizatorem opponeret, et si facere non posset predictis monachis acceptam ab eis pecuniam restauraret. Ego vero ad cujus feodum et decima illa et census pro decima datus ex portione hereditatis mee dinoscitur pertinere, ob salutem et remedium anime mee et ad petitionem predicti Raginaldi, quitationem et venditionem pretaxati census, qui pro decima solvebatur, ratam habeo, et ne predicti monachi a dicto Raginaldo vel ejus successoribus super hoc de cetero molestentur, sigilli mei impressione confirmo<sup>2</sup>. Actum anno gratie millesimo ducentesimo septimo decimo, mense februario.

*Archives départementales d'Eure-et-Loir*, H. 2117, original en parchemin. —  
Mss. 10103, p. 121, n° 45. — Mss. 5418 (Gaignières), f. 65, avec le sceau de Guillaume de Vieuxpont.

<sup>1</sup> En 1478, Guiot de la Vallée, sieur du Tronchay, reconnut devoir à Josaphat un muid de grain à cause des dimes du Tronchay. (H. 2167, p. 211). En 1502, N.-H. Guichard de Thiville et Denise, sa femme (qui plus tard épousa en secondes noces Henry de Paulmart), prétendaient avoir des droits sur les dimes du Tronchay, à cause de la succession de Guillemot de la Vallée (*Ibidem*, p. 214). On trouve encore Jean des Essarts, écuyer, seigneur en partie du Tronchay.

<sup>2</sup> Le sceau de Guillaume de Vieuxpont, dessiné par Gaignières, est rond et armorié d'un écu triangulaire chargé de six annelés : 3, 2, 1. La légende est presque toute effacée : † SIGILL (um Willelmi Veteris Pon) TIS.

## CCCLXII

Mai 1218.

Abandon par Marie, veuve du chevalier Mesnier d'Ardeles, de son douaire,  
soit une prairie sur l'Eure, en faveur de Garin, abbé de Josaphat.

*De quodam prato a Menerio de Ardele ecclesie de Josaphat in elemosina  
assignato*

Omnibus presentes litteras inspecturis, Henricus, Carnotensis archidiaconus, salutem in Domino. Noveritis universi presentes pariter et futuri Mariam relictam defuncti Menerii, militis de Ardeles, coram nobis constitutam, in manu nostra resignasse dotalicium suum quod habebat in quodam prato seclusus Auduram sito, juxta prata Gosleni de Horrevilla<sup>1</sup>, cantoris Carnotensis, quod dictus Menerius moriens preceperat monasterio de Josaphat in perpetuam elemosinam assignari. Nos autem resignatione recepta, abbatem predicti monasterii, Garinum nomine, prose et conventu suo de dicto prato<sup>2</sup> nomine elemosine investivimus. Eustachia vero et Robertus Foart, maritus ejus, Ysabella, Maria, Petronilla nostram investituram approbavere et tam ipsa Maria quam quatuor filie ejusdem per fidem suam se nobis obligaverunt quod in prefato prato, per se vel per alium, nichil de cetero reclamarent. Immo si quis dictos abbatem vel conventum super hoc in causam traheret, aut in aliquo molestaret, eisdem abbatii et conventui consilium et auxilium suum sine sumptibus impendere tenerentur. Dominus etiam

<sup>1</sup> Le fief de Ouarville-sous-Lèves, où Josaphat posséda une terre appelée la Courtille; une vigne, le pré de la Pointe. (A. D., H. 2036). Signalons encore une rente de 10 sols 6 deniers sur une vigne au clos Miscouart, 20 sols sur un quartier de vigne au terroir de la Grappe, paroisse de Lèves. En 1765, eut lieu un accord avec Pierre François de Maissat, seigneur de Levesville, au sujet d'un fossé commun audit terroir de la Grappe. (H. 2038, 2039).

<sup>2</sup> Josaphat possérait encore au XVIII<sup>e</sup> siècle, deux arpents et un quartier de pré, appelé le pré de Bouville, en la prairie de Jouy. (Arch. départ. d'E.-et-L., H. 2062).

Menerius de Gaseran<sup>1</sup> et dominus Symon filius ejus, milites<sup>2</sup>, ad quorum feodum sepedictum pratum pertinebat, dicté elemosine suum probaverunt assensum, et contra omnes bona fide garantizare promiserunt. Quod ut memoriter et firmiter in perpetuum teneatur, nos ad ipsorum petitionem litteris commendavimus, et sigilli nostri auctoritate confirmavimus. Actum anno gratie M° CC<sup>o</sup> XVIII<sup>o</sup>, mense maio.

*Archives départementales d'Eure-et-Loir*, copie, H. 2058. — MSS. 5418  
(Gaignières), f. 71.

## CCCLXIII

Juin 1218.

Geoffroy de Meslay, vidame de Chartres, donne à Hugues de Meslay, chevalier, ce qui avait appartenu à Milon de Lèves, terre, bois, justice, fiefs, etc., à charge d'hommage, lige et d'un roncin de service.

Ego Gaufridus de Mellaio, vicedominus Carnotensis, et Helisendis uxor mea, notum facimus universis, presentibus et futuris, quod nos totam terram, totum nemus, omnimodam justiciam, omnia feoda, omne dominium et omnes alias redditus que defunctus Milo de Leugis, miles, possidebat quando decessit, etiam dotalitium quod idem Milo Berthe de Nemore assignavit, excepto eo quod Margarita quondam vicedomina Carnotensis possidebat, annuente dicta Bertha matre sua, quod totum, quandocumque ipsa decesserit, ad nos vel ad heredes nostros jure

<sup>1</sup> Meinier de Gaseran avait épousé Mathilde, fille de Guillaume d'Ouarville et d'Ermengarde, dont il eut Simon, cité ici avec lui, Guillaume, Ferri et Ermengarde. Goslein d'Ouarville, successivement archidiacre de Vendôme, prévôt d'Auvers et chantre du Chapitre, était frère de Guillaume et oncle de Mathilde et de Meinier de Gaseran.

<sup>2</sup> Simon de Gaseran approuva par un acte spécial, en sa qualité de seigneur féodal : « quantum ad feodum meum » le don de son homme lige, le chevalier Meinier d'Ardeles : « Menerius de Ardeles, miles, homo legius meus ». Bien que le texte et la date en soient différents, nous n'insérerons pas ici cette charte qui ne contient aucun détail nouveau. Toutefois, Mesnier de Gaseran n'y figure pas à côté de son fils. Cette confirmation scellée du sceau de Simon, était datée du mois de septembre 1219. (MSS. 9223, n° 51. — *Archives départementales d'Eure-et-Loir*, H. 2058).

hereditario devolvetur, dedimus et concessimus spontanei Hugoni de Mellaio militi et Mabille uxori ejus et heredibus eorum libere et pacifice in perpetuum possidenda. Hec autem omnia dicti Hugo et heredes a nobis et nostris heredibus tenebunt feodaliter ad homagium et ad roncinum servicii et ea omnia eisdem Hugoni et Mabille et eorum heredibus tenemur fide media garantizare contra omnes. Ne posset igitur ista donatio a nobismetipsis vel a nostris heredibus in posterum infirmari presentes litteras notari fecimus, quas ego Gaufridus, de assensu et voluntate predice uxoris mee Helysendis, que tunc temporis sigillum proprium non habebat, sigilli mei caractere consignavi. Actum anno Domini M° CC° octavo decimo, mense junio.

Mss. 9223, n° 47, original avec les cordons de soie rouge. — MSS. 5418 (Gaignières), fr. 76. « Scellé en cire verte, sur las de soye rouge. »

#### CCCLXIV

Décembre 1218.

Confirmation par Eustache, Étienne et Jean, seigneurs du Perchet, de toutes les donations faites par leurs ancêtres à Josaphat, et permission d'agrandir deux étangs.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, Eustachius, Stephanus et Johannes, domini Perchei<sup>1</sup>, salutem in eo qui est nostra salus. Universitati vestre notum facimus quod controversia quæ vertebatur inter nos, ex una parte, et Garrinum abbatem<sup>2</sup> et

<sup>1</sup> Nous trouvons comme seigneurs du Perchet : Avoine de Guiry, en 1601, et André de Guiry ou Givry, 1608. Ce dernier fut appelé au palais des Requêtes, à Paris, par Pierre Baudry, avocat au parlement et au grand conseil et prieur de Saint-Blaise de la Cornouillière, disant : « qu'à cause des dernières guerres, son dit prieuré auroit été ruiné et que pour le rétablir, il avait été obligé de faire de grands frais, pendant lequel temps ledit de Guiry aurait demandé des cens et champarts, comme se disant fondateur dudit prieuré, auquel procès il auroit succombé et auroit été démontré non fondateur et même possédant par usurpation plusieurs biens dudit prieuré. » (H. 2167, p. 120).

<sup>2</sup> L'Histoire abrégée de Josaphat attribue à l'abbé Garin l'acte d'association spirituelle avec le monastère de Saint-Benoit-sur-Loire en 1218. Aux associations signalées au bas de la charte CCCXLIV, il faut encore ajouter Saint-Pierre de Neauphle-le-Vieux en 1334, Saint-Benoit-sur-Loire en 1335, les Aveugles de Chartres en 1446.

conventum de Josaphat, ex altera, finita est in hunc modum; videlicet quod nos domini Perchei omnia quæcumque in terris, aquis, pratis, nemoribus, decimis, redditibus et aliis quibuslibet rebus antecessores nostri, domini Perchei, eisdem monachis diversis temporibus conferre curaverunt, divinæ pietatis et charitatis intuitu, eisdem in puram et perpetuam elemosinam, liberaliter, quiete et pacifice, possidenda concedimus, et quantum ad nos pertinet imperpetuum confirmamus, volentes etiam eorumdem antecessorum nostrorum pia sequi vestigia, et omnium bonorum, quæ in prefato monasterio fiunt, participes fieri cupientes, concedimus eisdem monachis ut stagna sua quæ sunt subtus Percheium elevent et dilatent, sicut inter nos et ipsos communiter est conditum sub hac forma: Calciam stagi sui inferioris elevare poterunt ita quod aqua stagni sui possit se extendere usque ad metas quæ positæ sunt ex altera parte stagni sui, secus viam tendentem Percheium; et si aqua stagni sui totam terram infra metas positam occupare non poterit, nichilominus tamen eisdem monachis quieta et libera remanebit. De stagno autem suo superiori statutum est et a nobis concessum quod dilatent et elevent calciam ita quod aqua illius stagni sui possit se extendere et sursum ascendere ad mensuram duorum digitorum usque ad calciam stagni nostri, quod de permissione abbatis et monachorum a nobis de novo construendum est in superiori parte mareschiorum, infra metas ab eisdem monachis nobis extensas, per totam terram a parte nostra et hominum nostrorum, quam aqua illius medii stagni monachorum poterit occupare, nos eisdem monachis in pace dimittimus et ab hominibus nostris dimitti faciemus liberam et quietam. Præterea quotiescumque vel a nobis vel a successoribus nostris venditæ fuerint pisces illius stagni nostri a nobis de novo constructi, decimum denarium venditionis sine fraude aliqua eisdem monachis pro decima persolve-mus. Concedimus etiam predictis monachis ut ad voluntatem suam terras, prata et nemora sua claudant, sicut sibi utilius fore decreverint, nec nos vel homines nostri infra metas et clausuras suas aliquas pasturas, exactiones vel consuetudines aliquo modo poterunt reclamare, bona fide eisdem monachis promittentes quod si aliquis eos super hec

molestaverit, tanquam patroni ejusdem loci opponemus nos continuos defensores. Ut autem hec omnia predictis monachis rata et inconcussa semper permaneant, nec a posteris nostris valeant violari, sub chirographo memoriæ litterarum tradidimus et sigillorum nostrorum <sup>1</sup> munimine imperpetuum confirmavimus. Actum anno gratiæ millesimo ducentesimo octavo decimo, mense decembri.

*Archives départementales d'Eure-et-Loir*, H. 2227, copie. — *Mss. 5418* (Gaignières), f. 100 : « Etoit cellée de trois seaulx de cire, qui semble avoir été vermeille et de présent de couleur blanc et jaune. »

## CCCLXV

Février 1218 (N. S. 1219) et Juillet 1219.

Vente de terres par Ernaud du Bois.

I. — Ego Henricus, dominus Galardonis, notum facio quod Hernaudus de Bosco, miles, Guarino fratri suo et heredibus suis vendidit, assensu uxoris sue Tiphanie et heredum suorum valles et omnes larricios ex ultraque parte, et omen<sup>2</sup> ex veteri calciata usque ad freterium<sup>3</sup>. — Ego sigilli mei robore confirmavi M° CC° XVIII°, mense februario.

*Mss. 5418* (Gaignières), f. 98.

<sup>1</sup> Gaignières a dessiné 3 sceaux. Le premier est équestre et rond ; le chevalier, casque en tête, couvert de sa cotte de maille, galoppe de gauche à droite, tient l'épée levée à la main droite, et de la main gauche le bouclier triangulaire, armorié d'un chef chargé de deux oiseaux aux ailes éployées. Légende : S. EVSTACHII: DE: PERGHEIO. — Le second est un sceau rond, armorié de deux faces à l'orle de 9 merlettes. Légende : + SIGILLVM. STEPHANI. DE. NVILLI. — Le troisième, également rond, est armorié d'un écu triangulaire, à la bande fuselée, accompagnée de six oiseaux ou merlettes en orle. Légende : + S. JOHANNIS : IVVENIS DE . . . . »

<sup>2</sup> Du Cange, *Dictionnaire de basse latinité*, cite cette charte à ces deux mots : *Larricius*, larris, terre inculte ; *Omen*, ormay, lieu planté d'ormeaux.

<sup>3</sup> *Freterium* n'est pas dans du Cange, mais c'est évidemment le diminutif de *Fretum*, bras d'eau ou de rivière, et signifie petit bras de la rivière.

H. — G. Carnotensis episcopus. — Ernaudus de Bosco miles et Stephania ejus uxor, vendiderunt Garino de Bosco, militi, quidquid habebant apud Acteineultam, tam in dominio quam in feodo, emptum ab ipsis a Girardo fratre dicte Stephanie et quidquid in valle de Paier(?). — M° CC<sup>o</sup> XIX<sup>o</sup>, mense julii.

Mss. 5418 (Gaignières), f. 83.

### CCCLXVI

Samedi, 4 mai 1219.

Condamnation prononcée contre Garin Chauvesouris, de rendre à Josaphat les gélines qu'il avait perçues sans droit sur la dîme de Chartainvilliers.

Omnibus Xristi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint, Henricus, Carnotensis archidiaconus, salutem in omnium salvatore. Noverint universi presentes et futuri quod cum diu litigium ventilatum fuisse coram nobis inter Garinum, abbatem de Josaphat, et conventum ejusdem loci, ex una parte, et Garinum Chauvesoriz, militem, ex altera, super possessione decime terre majoris de Chartainviler<sup>1</sup> et terre Radulphi Belligeris site post mareta et arpenta Laurentii de Soleriis<sup>2</sup>; nos, consideratis attestationibus dictorum abbatis et monachorum et attestationibus receptis per inquisitionem, de consensu partium, a magistro Gilleberto de Sancto-Piato factam,

<sup>1</sup> Josaphat possédait à Chartainvilliers une maison et terres attenantes, la métairie du Bouvier, depuis appelée la métairie de Chartainvilliers, acquise en 1460-1468 par Philippe le Bouvier, moine de Josaphat. Elle comprenait 4 muids 8 setiers 3 minots de terre labourable à Chartainvilliers, 5 minots et demi de pré, dit le pré Bouville, en la prairie de Marotte, à Jouy; la métairie de Senainville comprenant 137 setiers de terre labourable, plusieurs autres terres, rentes, etc. (*Archives départementales*, H. 2136 à 2141).

<sup>2</sup> Josaphat reçut en 1382, en pur don une autre terre de Jeanne, femme de Jacques Lecordier, une métairie, vignes et terres à Soulaires, contenant 64 setiers de terres. (*Archives d'Eure-et-Loir*, H. 2063). En 1407, Jeanne, donnait encore une petite maison assise « à Soulaires pour estre et demeurer en leurs prières, et un anniversaire chacun an ». (*Archives d'Eure-et-Loir*.)

ipsis partibus potentibus quatenus secundum attestations tum abbatis et conventus quam inquisitionis dicta, quam etiam attestationem testium a dicto milite predictorum judicaremus; de consilio bonorum virorum peritorumque juris possessionem dictarum decimarum dictis abbatii et conventui sentencialiter adjudicavimus, dictum militem ad restitucionem gelinarum quas inde perceperat condempnantes. Quod ut memoriter firmiterque teneatur, presentes litteras notari fecimus, sigillique nostri munimine confirmari. Datum anno gratie MCCXIX, mense maio, die sablato ante dominicam qua cantatur : Cantate Domino<sup>1</sup>.

Mss. 9223, n° 48, original en parchemin. — MSS. 5418 (Gaignières), f. 85,  
était scellée sur cordons de soie verte.

## CCCLXVII

Mai 1219.

Le chevalier Robert de Saint-Germain fait remise à Josaphat d'une redevance  
de 4 sols de cens due par l'abbaye pour le bois d'Orrouer.

*Quictatio IVor solidorum census quos debebamus pro domo  
nostra de Oratorio*

Henricus, Carnotensis archidiaconus, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noveritis universi presentes pariter et futuri quod Robertus de Sancto-Germano, miles, in nostra præsentia constitutus... pro se et Mathilde uxore sua quittavit et in puram et perpetuam elemosinam assignavit abbatii et monachis Beate-Marie de Josaphat quatuor solidos Carnotenses censuales quos ab eisdem monachis percipere solebat annuatim, pro nemore quodam in parrochia de Ororio (*sic*) sito, ad domum predictorum monachorum de Ororio pertinente, et hanc quittacionem prius fecerant predicti miles et uxor ejus in capitulo de Josaphat. Abbas vero et monachi concesserunt eisdem

<sup>1</sup> C'est le quatrième dimanche après Pâques. En 1219, Pâques étant tombé le 7 avril, le samedi avant le quatrième dimanche après Pâques arrivait le 4 mai.

ut apud Josaphat anniversarium eorumdem perpetuo celebretur. Nos autem ad petitionem ejusdem militis super hoc litteras nostras eisdem monachis dedimus sigilli nostri munimine confirmatas. Actum anno gracie MCCXIX, mense maio.

*Archives départementales d'Eure-et-Loir*, original en parchemin avec les cordons de soie verte et rouge, H., 2129. — MSS. 5418 (Gaignières), f. 413.

## CCCLXVIII

Mai 1219.

Confirmation par Barthélémy, doyen de Chartres, du don fait par Gathon de Saulnières d'un cens de trois sous deux deniers sur la terre de Raoul Morel, dans le territoire de Brétigny, à charge d'un anniversaire.

Bartholomeus, Carnotensis decanus, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noverint universi presentes pariter et futuri quod Gatho de Salneriis, civis Carnotensis, divino instinctu commonitus, pro remedio anime sue et anime uxoris sue defunctorum Isabelle quittavit et in puram et perpetuam elemosinam dedit abbatui et monachis de Josaphat tres solidos et duos denarios Carnotenses censuales quos predicti monachi eidem solvere solebant annuatim pro terra que fuit quondam Radulphi Morel, in territorio de Britigni<sup>1</sup> sita, ad predictos monachos pertinente. Abbas vero et monachi dicto Gathoni in communi capitulo liberaliter concesserunt ut apud Josaphat anniversarium ejus et predicte uxoris sue defuncte singulis annis perpetuo celebraretur. Nos autem ad petitionem dicti Gathonis super hoc litteras nostras eisdem monachis dedimus sigilli nostri munimine confirmatas. Actum anno gracie M CC<sup>o</sup> XIX<sup>o</sup>, mense maio.

*Archives départementales d'Eure-et-Loir*, H. 2093.

<sup>1</sup> Les baux des xv<sup>e</sup> et xvi<sup>e</sup> siècles désignent ainsi cette terre : « la mestairie de Brétigny, assise à Gorget, paroisse de Saint-Prest, avec le dangier de l'hostel, court et jardin dudit hostel. » Elle comprenait « la Forte-Maison et Fontaine-Bouillant. » (H. 2094).

## CCCLXIX

Mai 1219. — CHARTRES.

Paolin de Meslay vend à Josaphat 5 sols de cens au prix de 40 sous.

Henricus, Carnotensis archidiaconus, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noveritis universi quod Paolinus de Merlaio, miles, in nostra presentia constitutus quittavit et in perpetuam elemosinam dedit abbatii et conventui de Josaphat quinque solidos Carnotensem censuales quos ab eisdem monachis percipere solebat annuatim, et pro hac quittatione dictus abbas eidem militi dedit XL solidos Carnotensem. Nos vero ad petitionem ejusdem militis super hoc testimonium perhibemus. Et ut ratum et inconcussum permaneat litteris nostris et auctoritate sigilli nostri in perpetuum confirmamus. Actum anno gratie MCCXIX, in ecclesia Beate-Marie Carnotensis, mense maio.

Mss. 9223, n° 49, original en parchemin avec les cordons de soie rouge et verte. — MSS. 5418 (Gaignières), f. 83.

## CCCLXX

Novembre 1219.

Désistement de Julienne du Bois des Francs de ses injustes revendications sur le champart du Poirier-Bordin.

*De campiparte sita apud Pirum Bordin*

Universis Xchristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit R. decanus, H. cantor, archidiaconus Ebroicensis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum mota esset questio inter abbatem et conventum de Josaphat, Carnotensis diocesis, ex una parte, et Julianam mulierem de Bosco Francorum, et Andream, et Hugonem, filios suos, ex alia, coram nobis a domino Honorio papa judicibus delegatis

super campiparte culture ipsorum site apud Pirum-Bordin quam predicta Juliana mulier et predicti Andreas et Hugo filii sui injuste detinebant, et detinuerant, prout monachi firmiter asserebant, tandem post multas altercationes sopita est in hunc modum, videlicet quod dicta Juliana mulier et predicti filii sui quietaverunt et resignaverunt libere et absolute dictis monachis illud jus quod se hahere dicebant in predicta campiparte et predictam campipartem incontinenter reddiderunt, promittentes fideliter, tactis sacrosanctis evangeliis, quod de predicta campiparte predictos monachos de cetero non molestarent. In hujus rei testimonium, ad petitionem et instantiam utriusque partis, presenti scripto sigilla nostra apposuimus. Actum anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XIX, mense novembri.

Mss. 9223, n<sup>o</sup> 50, original en parchemin, muni d'une double queue en parchemin autrefois scellé de 3 sceaux.

### CCCLXXI

Décembre 1219.

Echange entre Josaphat et Simon de Senantes et son fils Pierre, d'un muid de froment donné par Pierre de Senantes, leur ancêtre, sur sa terre de Villemorin, pour deux sous de cens sur la censive de Chandelette (près Coulombs).

Symon de Senantes et Petrus filius ejus, milites, omnibus ad quos presentes littere pervenerint, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod bone memorie Petrus de Senantes, miles, antecessor noster, ob remedium anime sue in perpetuam elemosinam dederat monasterio Beate Mariæ de Josaphat unum modium annui redditus in pressoragio suo de Vallemorin, pro quo modio vini nos et heredes nostri eisdem monachis assignavimus quinque solidos censuales in censibus nostris de Chandelettes, singulis annis, in festo sancti Remigii, a censitariis nostris sine dilatione aliqua persolvendos. Qui census si in prefato termino redditii non fuerint, nos vel heredes nostri aut censuarii qui pro tempore erunt, pro transgressione dicti termini eisdem monachis

secundum morem patrie tenebimus emendare. Et ut hec nostra et karissimi antecessoris nostri elemosyna sepedictis monachis rata et inconcussa permaneat, presentes litteras fecimus scribi. Quas ego Symon pro me et filio meo Petro, sigillum non habente, auctoritate sigilli mei <sup>1</sup> feci roborari. Actum anno gratie MCCXIX, mense decembris.

Mss. 9223, n° 51. Original en parchemin avec les cordons de soie verte. —  
Mss. 5418 (Gaignières), f. 71.

## CCCLXXII

1219.

Partage de la grande dime d'Andeville entre les frères de Grandmont  
et les moines de Josaphat.

## C I R O G R A P H V

Henricus, Carnotensis archidiaconus, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Ad singulorum noticiam volumus pervenire quod cum abbas et monachi de Josaphat medietatem majoris decime per totam parrochiam de Andevilla et fratres ordinis Grandismontis de Nemore Sancti-Martini aliam medietatem possideant, ne deinceps inter predictos monachos et fratres, pro particione fructuum predicte decime, possit oriri contentio, de communi assensu inter eos statutum est, futuris temporibus firmiter observandum, ut prenominati monachi et fratres omnes majores decimas predicte parrochie de cetero communiter pro indiviso possideant, ita tamen quod fratres de Nemore Sancti-Martini partem ipsius decime singulis annis fideliter colligi facient, et in grangia sua apud Chavernaum sita cum terragio militis de Chavernaio reponent. Monachi vero aliam partem in grangia sua de Andevilla congregabunt, et collectis omnibus fructibus totius

<sup>1</sup> Le sceau de Simon de Senantes dessiné par Gaignières est armorié d'un écu triangulaire losangé. Légende : S : SIMONIS : DE : SENANTES.

decime in utraque grangia, idem fructus inter sepeditos monachos et fratres equaliter dividetur. Stramina autem et forragia que in grangia fratrum erunt eisdem fratribus libere remanebunt, straminibus et forragiis de grangia monachorum similiter eisdem monachis extra partem fratrum quiete remanentibus. Illi etiam qui tam ex parte monachorum quam ex parte fratrum decimam trahent et colligent et collectam custodient, alterutri parti juramentum prestabunt, quod partibus dampnum non facient nec alicui fieri permittent. Preterea de terragio a milite de Chavernaio sepeditis fratribus pro certa summa pecunie obligato, ita statutum est quod monachi de Josaphat de fructibus illius terragii tantum annuatim percipient quantum et fratres, donec de quindecim libris Carnotensisbus eisdem monachis plene fuerit satisfactum. Hanc conventionem inter predictos monachos et fratres amicabiliter initam, ad petitionem partium, ut inconcussa permaneat, litteris annotavimus et sigillo nostro in perpetuum confirmamus.  
Actum anno gratie M CC<sup>o</sup> X<sup>o</sup> IX<sup>o</sup>.<sup>1</sup>

Mss. 9223, n° 52. Original en parchemin avec la double queue en parchemin ; fragment de sceau où est représenté un prêtre.

### CCCLXXIII

Mars 1219 (1220).

Don par Garin de Rez, doyen de Saint-André de Châteaudun, d'un setier de froment sur sa grange de Lutz, pour l'anniversaire de sa mère, Amiote.

Garinus des Reez, decanus Sancti-Andree Castridunensis, omnibus. Noverint... me, ob remedium anime mee et parentum meorum et precipue ut anniversarium matris mee Amiote apud Josaphat singulis annis in perpetuum celebretur, donasse et in perpetuam elemosinam assignasse

<sup>1</sup> Une autre charte a été donnée dans des termes absolument identiques par « Carturinus Dei gratia prior Grandimontis totusque ejusdem loci conventus. » C'est également un cirographe écrit sur un parchemin ; le sceau est perdu. (*Archives départementales d'Eure-et-Loir*, H. 2152.)

in granchia mea de Luz, — pauperibus monachis ejusdem monasterii,  
unum sextarium frumenti. — Sigilli mei munimine roboravi, MCCXIX.  
mense marcio.

Mss. 5418 (Gaignières), f. 95.

#### CCCLXXIV

1220.

Accord entre Josaphat et Grandmont d'une part, et les paroissiens d'Andeville d'autre ;  
par lequel il sera payé 18 deniers pour la dîme de la guesde.

Henricus, Carnotensis archidiaconus, omnibus presentes litteras  
inspecturis, salutem in Domino. Noveritis quod cum diu fuisset conten-  
tio inter venerabiles viros abbatem et conventum de Josaphat et fratres  
de Bosco Sancti-Martini, ordinis Grandimontensis, ex una parte, et  
parrochianos de Andevilla, ex alia, super decimationibus guesde<sup>1</sup>, que  
infra dictam parrochiam singulis annis crescit, tandem mediantibus  
bonis viris terminata est in hunc modum. Singuli homines illius  
parrochie qui guesdam facient infra terminos decimationis pertinentis  
ad jam dictos abbatem et monachos de Josaphat et fratres Grandi-  
montis, de singulis campis sextarium seminis continentibus, in quibus  
guesda erit, predictis abbati et monachis de Josaphat et fratribus de  
Bosco Sancti-Martini decem et octo denarios pro decima guesde  
annuatim solvere tenebuntur. Et ut ista compositio perpetuam firmi-  
tatem obtineat, nec de cetero super hoc possit oriri contentio, ad peti-

<sup>1</sup> Guède est le nom vulgaire du pastel des teinturiers servant à teindre en bleu foncé. La culture de la Guède « Guesda, Guaisda », que nous voyons ici florissante à Andeville, était très répandue dans tout le pays chartrain, puisqu'en 1268, Jean de Chatillon en réglementait la vente. « C'est lordenance de la uente dou guesde. — Et est ordené que nus ue puet uendre guesde en pastel pour dune paste se il ne lest. Et se il auenoit que il fust de II pastes et il ne le deuisast, au marchié fere il par droit le guesde et conuendroit que le guesde fust iugié par les bourgeois de la riuière de Chartres et que il fut prisié au pris de la peor (pire, pejor), des pastes, et seroit le marchié au bourgeois qui auroit achete celi guesde et largent seroit au conte. » (Archiv. nat. J, 171, n° 22.)

tionem partium litteris sigillo nostro signatis fecimus commendari.  
Actum anno gratie millesimo ducentesimo vigesimo.

Mss. 9223, n° 55, original en parchemin, avec la double queue.

### CCCLXXV

1220.

Remise par Etienne de Champseru, d'une redevance annuelle de 12 deniers  
pour le prix de 20 sols.

Guillelmus dictus Capellanus, canonicus ecclesie Beate-Marie Carnotensis, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Ad universorum noticiam volumus pervenire quod Stephanus major de Camposeru, in presentia nostra constitutus, assensu et voluntate uxoris sue Eremburgis et filii sui Mathei, filiarumque suarum Guiburgis et Gile, quittavit et in perpetuam elemosynam retinendos et habendos concessit monachis de Josaphat duodecim denarios censuales quos idem monachi solebant ei reddere annuatim. Et pro hac quittacione predictus major recepit ab eisdem monachis viginti solidos Carnotenses et concessionem ab uxore sua et liberis suis factam, dictus Stephanus major coram nobis positus recognovit. In cuius rei testimonium, ad peticionem utriusque partis, presentes litteras scribi fecimus et sigilli nostri munimine in perpetuum roboravimus. Actum anno gratie millesimo ducentesimo vigesimo.

Mss. 9223, n° 54. Original en parchemin muni d'une queue pour le sceau. —  
Mss. 5418 (Gaignières), f. 94.

### CCCLXXVI

1220.

Cession par les prêtres des dix autels de l'église de Chartres, à Josaphat, du quart de la dime de Chantereine pour 8 setiers de grains.

Universis Xristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit,  
decem presbiteri de decem antiquis oratoriis Carnotensis ecclesie,

salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum abbas et conventus Beate-Marie de Josaphat haberent in decima de Chantelaine tres partes et nos quartam, nos eisdem abbati et conventui eamdem quartam nostram in perpetuum concessimus, sub annua mediatione octo sextariorum, quatuor de annonae et quatuor de avena, de tali blado quod crescit in terra. Quos siquidem octo sextarios predictos abbas et conventus tenentur nobis reddere singulis annis infra quindenam sancti Remigii, ad minam fori Carnotensis, intra muros Carnotenses, in domo que eis ex parte nostra fuerit nominata, tali conditione quod si tempestate vel grandine in terra ad illam decimam pertinente defectus acciderit, arbitrio et moderatione bonorum virorum taxetur predicta mediationis summa, in toto vel in parte relaxanda, nos autem tenemur predictam decime quartam partem garandire eisdem fideliter et tueri. Quod ut ratum et inconcussum permaneat, presentes litteras fecimus scribi et sigilli nostri munimine roborari. Actum anno gratie millesimo ducentesimo vicesimo.

Mss. 9223, n° 56. Original en parchemin avec double queue en parchemin, sceau perdu.

### CCCLXXVII

Commencement du XIII<sup>e</sup> siècle. — Avant 1220.

Testament de Robert, vidame de Chartres, en faveur de plusieurs abbayes et églises.  
A Josaphat, il lègue trois setiers de blé sur le champart de Generville, et 40 sols.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Robertus, vice-dominus Carnotensis, constitui hoc testamentum antequam morerer, pro salute anime mee : imprimis videlicet sanctimonialibus de Belomero, tres modios annonae singulis annis reddendos in meis molendinis de Troeon, in renumeratione unius misse cotidie dicende pro anima mea et pro cunctis fidelibus Dei defunctis ; ecclesie Sancti-Vincentii, tres arpennos terre qui sunt inter arpentum canonicorum et ortolanum monachorum de Troeon pro anniversario meo ; presbiteratui ecclesie

de Troeon, unum arpentum terre juxta clausum Margoti ; Leprosis de Troeon, unum modium vini constitutum annuatim in vindemia mea ; Leprosis de Belloloco, in meis villicaribus Carnoti, xx solidos annuatim constitutos ad faciendum eis pictantiam ; ecclesie de Josaphat, aumen-tum trium sextariorum annone in campiparte mea de Generville annua-tim<sup>1</sup>. Preter hoc constitui omne debitum meum quod debebam et servicium servientium meorum reddi de meis redditibus : Balderico xxxiii libras Andegavensium, Bernardo de Charmeles xv libras Andeg., Otranno de Marcheis xxx libras Andeg., Petro de Faveriis xxx libras Andeg., tali conditione videlicet quod si Gervasius de Castello facit de Otranno militem de supradictis nummis habebit Otrannus x libras, si vero contigerit Otrannum mori x libræ Andegavenses dabuntur soro-ribus ipsius. Similiter si Gacio de Pissiaco fecerit de Petro militem, de prefatis denariis habebit Petrus x libras, si autem contigerit Petrum mori, propinquioribus Petri dabuntur x libræ Andegav. ; uxori Regi-naldi Burgensis v libras, heredibus suis c solidos Andeg. ; Herberto de Tyleio vel heredibus Philippi de Louviler l solidos et ix denarios de debito. Willelmo sacerdoti de Troeon c et xi solidos Andegav., Roberto Picardo vel heredibus suis c solidos, Petro de Carnoto vel heredibus suis c solidos ; Renoldo de Bellofilio vel heredibus suis xxx solidos. Preter hoc constitui dari Albecurie lx solidos de caritate mea pro annuali faciendo ; ecclesie S. Johannis de Valeia xl solidos Andegav. ; ecclesie S. Petri Carnotensis xl solidos Andegav.; monachis de Josaphat

<sup>1</sup> L'abbaye de Josaphat reçut dans la suite plusieurs autres biens à Generville. En 1367, de Guillaume Bilbant, sergent royal à Chartres, une rente de 60 livres sur un hébergement et un demi-muid de terre à la charge de chanter en l'église de Josaphat trois messes et trois anniversaires, un pour le donateur après son décès, et les deux autres pour ses deux femmes. — En 1410, de Jean Girardin l'aîné, qui lègue un demi-muid de terre à joindre aux terres de la métairie desdits religieux. — En 1512, André de Montain scellait de son sceau le bail de la métairie de Generville. (Gaignières, mss. latin 5418, p. 63.) (Nous publierons ce sceau dans la Préface de ce Cartulaire.) Par suite l'abbé de Josaphat eut la qualité et les droits de seigneur de Generville. En 1594, Jean-Charles de Taillefert de Barrière, abbé de Josaphat, s'intitule seigneur de Generville « auquel lieu il a une chapelle » ; et 1717, Joseph de Montigny, chevalier, seigneur de Montigny, Sours, Chandres, Brettigny, reconnaît à l'abbaye son droit de cha-pelle « sise sur la seigneurie du terroir de Generville. »

xx solidos, quos eis debebamus, et eisdem monachis xl solidos Andegavenses, quos eisdem abstuli violenter, et iv libras pro debito patris mei reddendos. Consilio abbatis S. Petri Carnotensis, Guinoni clericu xx solidos. Præter haec omnia volo et precipio quod prata de Wesmore redundantur absolute hominibus meis, videlicet Radulfo de Purnelei, Odoni de Charneles et Willelmo de Charneles, vel heredibus suis. Et si quid aliud injuriose hominibus meis vi rapui, mando et suppliciter expositulo et a fratribus meis obnixe et devote impetrare desidero, et omnibus amicis et benivolentibus meis ut pro salute anime mee omnibus jam nominatis satisfacere curent diligenter. Dominum etiam Carnotensem episcopum obnixe deprecor quatinus testamentum meum, ratum faciat et inconcussum et omnia redi, absque controversia que precepi. Hujus donationis mee testes sunt et super hoc fidem suam dederunt quod pro posse suo teneri facerent et inviolatum observari statutum meum : Gervasius de Castello<sup>1</sup>, cognatus meus ; Gacio de Pissiaco, cognatus meus ; Robertus frater suus ; Robertus de Fraxinis ; Robertus de Torota ; Robertus de Fraxinis ; Willelmus Gazel. Testibus his : Auhero sacerdote, Rogero de Lime, Reginaldo Cholet, Balderico serviente meo, Petro de Faveriis, Bartholomeo de Nuille, Matheo Gazel, Garino Gaudin, Hugone de Marigne, Otranno de Boeleio, Petro de Faveriis, Fulcone Crasso, Roberto de Mousteroel, Dyonisio de Melet<sup>2</sup>.

Mss. 5418 (Gaignières), avec le dessin de trois sceaux en cire blanche<sup>3</sup>.

<sup>1</sup> En 1336, Charles de Valoys, frère du roi, amortit « les quatre-vingts chartées de bois en foret, qui furent feu Gervaise, sire de Châteauneuf, et soixante autres chartées qui furent de Garin de Friaize, jadis de Champrond, et les donne et octroie pour le chauffage des religieux. Donné à Verneuil, le 24 février 1336. » (Mss. 9223, n° 78) ; et en 1341 (Ibid. n° 79). Le même reconnaît que les religieux pourront faire dudit bois de chauffage, charbon, lattes, esseules pour leur proffit en toute manière qui leur plaira. — (Esseule, du latin *scindula*. « Comme de quoy l'on couvre les maisons. » La Curne de St<sup>e</sup> Palaye).

<sup>2</sup> Le sceau de Gervais de Châteauneuf est le plus distinct. C'est un sceau équestre, galopant à droite, le cavalier vêtu de la cotte de maille, un bouclier gironné avec une bordure de besants à la main gauche, l'épée haute à la main droite : Légende : †. SIGILLUM : GERVASII : DE : CASTELLO : NOVO. — 2<sup>e</sup> sceau, également équestre, le cavalier brandissant l'épée porte un bouclier sans armoiries ; légende : S' ROBERTI : DE ..... NO : TIVICO.

## CCCLXXVIII

1280.

Enquête au sujet de la clôture du chemin qui conduit au moulin de Lèves.

« Enqueste tant de la part du seigneur Goslenus de Lèves que de l'abbé et religieux de Josaphat. Le seigneur produit un grand nombre de témoins qui deposent que la closture mise au bord de la rivière d'Eure par les religieux de Josaphat pour fermer un chemin qui conduisoit à un moulin qu'ils avoient dans leur enclos devoit être commune aud. seigneur de Lèves, à tous les gens de sa maison et auxdits religieux; que ledit seigneur de Lèves avoit même une fois fait renverser cette closture, que depuis son établissement ses meuniers et autres ses gens y passoient quand ils vouloient; lesd. témoins ajoutent qu'ils ne scavent pas si c'est par droit ou par tolérance que les gens dudit seigneur de Lèves passent par lad. porte, que souvent on a vu lad. closture bouchée et murée, que le pré étoit enclos de haie au delà du pont de pierre, que on a vu souvent les clostures renversées sans savoir par qui. — Les témoins pour les religieux déposent que le seigneur de Lèves ny ses gens n'ont jamais eu aucun droit de passer par ladite ouverture, qui n'a été faite que pour passer le foin, les vins et autres choses nécessaires à l'abbaye. »

*Testes domini Gosleni de Leugis contra abbatem et conventum  
Sancte-Marie de Josaphat.*

Gaufridus Bolart juratus dixit quod sepe vidit pratum monachorum claudi haia ex parte pontis petrini, nec audivit dominum Leugarum vel ejus servientes conquerentes de hoc, quoniam liceret monachis claudere pratum suum. Dixit et quod si aliquis esset in pratum monachorum ita quod aqua esset media inter se et molendina, non posset deprehendere utrum aqua currat ad duo borralia vel ad tria. Rursus utrum hoc anno preterito viderit moneros domini Leugarum ire per viam illam vel per ostium videre borralia; dixit quod non. Dixit quod vidit moneros domini Leugarum quoniam eunt per viam, videlicet Robertum Pinel et Petrum Morant et multos alios de civitate Carnotensi, homines et feminas, nec vidit alicui volenti ire per viam illam contradici. Dicit etiam quod nunquam vidit ostium illud murari nec claudi spinis; dicit etiam quod credit quod monerii domini Leugarum

plus juris habere eundi per viam illam quam illi de furno de Josaphat vel alii homines. Rursus vero quomodo hoc fieret, dixit per hoc quod nunquam audivit contentionem de hac re usque modo; sepius et dicebat: Ne interrogetis me de hoc amplius quoniam non dicerem vobis amplius. Preterea dixit quod nunquam vidit quod monerii vel servientes domini Leugarum facerent vim in aliquam clausuram quam monachi fecissent. Dixit enim quod aqua, ubi pons petrinus est, est domini Leugarum, sed ultra est episcopi. Dixit etiam quod audivit abbatem de Josaphat coram decano recognoscentem quod multociens ierant molendinarii per viam illam et non audivit recognoscentem quod irent alio jure quam alii. Dixit etiam quod credit quod monachi, vel eorum mandatum servarent clavem illius ostii. Dixit enim quod familia episcopi quoniam diruebat murum illum et passim transibat qui cumque volebat. Dixit etiam quod nescit ubi communis via est per quam itur ad molendina monachorum. Dixit etiam quod monachi faciebant aperturam et ostium propter fenum suum adducendum et vindemiam et alia negocia et specialiter propter hoc, non autem propter hoc quod monerii possent intrare vel ire.

Raginaldus Gomer<sup>1</sup>;

Gaufridus Sarcel;

Rogerius Blanche;

Petrus Morant; ... per undecim annos fuit monerius in tempore domini Gaufridi de Leugis in molendinis de Leugis et ipse et socii sui ibant per viam illam videre borralia... vidit clausuram destrui de mandato domini Gaufridi de Leugis ..... dixit quod bene potest apprehendi per quot borralia currat aqua quamvis non intraret per ostium.

Nicolaus, presbyter de Domna-Maria;

Petrus de Dinistaco (?), vidit moneros domini Leugarum transeuntes per ostium illud ut caperent borralia;

Gaufridus de Moinville, serviens quondam defuncti Gaufridi domini Leugarum, a XL annis;

<sup>1</sup> Nous ne donnerons pas les dépositions des autres témoins, car elles se ressemblent presque toutes; nous relèverons cependant les particularités intéressantes.

Robinus molendinarius domini Leugarum, ... vidi clausuram fieri circa prata monachorum et destrui de mandato domini Leugarum ; Gervasius ; Petrus molendinarius ;

Robertus furnerius, vidi antiquitus viam ad molendina inter murum qui est juxta molendina et aquam, et quod per viam illam quidam vir qui dicitur Robinus Auberge furatus est quondam saccum annone in molendinis monachorum ; obstruxerunt monachi viam illam : — bis vidi Bartholomeum de Piativillare, servientem domini Leugarum, destruentem ostium...

Martinus Malchaussiez..., vidi servientes domini Leugarum qui asportabant les esclotoères<sup>1</sup>.

*Testes abbatis et conventus de Josaphat contra dominum  
Galterum de Leugis.*

Petrus de Sancto-Carauno, sacerdos et monachus, juratus dicit quod cum fuerit monachus de Josaphat bene per triginta annos, numquam vidi nec audivit dici quod molendinarii vel servientes domini Leugarum intrarent per ostium illud de quo agitur, utendo jure suo, quoniam monachi cum clave et sera firmabant ostium illud, nec aperiebatur alicui pulsanti nisi de voluntate monachorum. Vidi etiam diu quod quoniam non erat ibi ostium monachi claudebant aperturam ostii sine contradictione aliqua, palis et spinis, ita quod nullus intrare poterat vel exire ; vidi quod in tempore in quo erat herba in pratis, ipsi faciebant claudi palis et spinis pratum quod est juxta ostium ex parte aque, versus pontem petrinum, ita quod nullus poterat intrare pratum, donec herba esset collecta. Dicit etiam quod sicut didicit ab antiquis monachis ipsius ecclesie ex quo ipse primo intravit in ecclesiam, molendina sunt in ipso cimiterio. Rursus utrum hoc anno vidi vel audierit molendinarios vel alios servientes domini Leugarum introeuntes per ostium illud quoquomodo, scilicet sive utendo jure aliquo

<sup>1</sup> Les Esclotoeres, filets de pêche et de chasse : « Lesquelz prinrent un harnois appellé Esclotoueres, à prendre oiselles de nuit, plusieurs poissons. » La Carne de Sainte-Palaye et Du Cange, au mot *Exclotaria*.

sive alio modo, dixit quo nichil scit de hoc quoniam hoc anno non fuit presens apud Josaphat;

Gilo, presbiter et monachus, qui fuit monachus de Josaphat bene per quinquaginta annos vel amplius;

Willemus etiam monachus a xxxviii annis et serviens antea per quinque annos;

Xristianus Brochart, serviens de Josaphat a L annis retro;

Stephanus Eschalart, serviens de Josaphat per xl annos;

Orricus de Fonte, serviens de Josaphat a pueritia sua per lvi annos;

Richardus de Lamare, qui mansit in furno de Josaphat et molebat ad molendina de Josaphat;

Gaufridus Brito, mansit in furno de Josaphat fere a xx annis;

Galterius, quondam abbas de Josaphat<sup>1</sup>;

Haymo, prior de Chaloto, monachus per xxxiv annos;

Lambertus, presbyter et monachus per xlvi annos;

Girardus, supprior, monachus a xxvi annis;

Guimundus, sacrista, monachus a xxv annis;

Guisbertus, coquinarius, monachus a xx annis;

Theobaldus, monachus ab viii annis;

Gilo de Muncello, monachus a xx annis;

Caraunus, monachus a xv annis;

Frater Rogerius, laicus serviens a xxx annis;

Radulphus Lemor, monachus a x annis;

Herveus, monerius serviens a x annis;

Guido Carpentarius, serviens a x annis;

Bernardus, laicus;

Hugo de Muncello, presbyter et monachus a L annis;

Gaufridus, monachus, a xxvii annis;

Willemus, prior de Fontana-Viridi, fuit camerarius in tempore

<sup>1</sup> Gaultier, 5<sup>e</sup> abbé de Josaphat, de 1203 à 1210 environ. Il se serait donc démis de sa pré-lature ; on ignore l'année exacte de sa mort.

trium abbatum et coquinarius in tempore unius abbatis, et monachus per xx annos ;

Hugo de Britiniaco, monachus a xii annis et serviens a xxxv et amplius ;

Roscelinus molendinarius, qui fuit serviens in molendinis a xl annis ;

Gilotus Chuart, quondam molendinarius per xvi annos ;

Willelmus pelliparius qui bene a xxviii annis bene consuevit frequentare abbatiam de Josaphat ;

Raginaldus, prior de Cornolio, monachus a xxx annis, qui fuit prior v, cellarius v, quoquinarius i ;

Goslenus, prior de Daveron, monachus a xxx annis ;

Mathelinus, monachus a xxx annis ;

Richardus de Pertico, qui bene consuevit frequentare abbatiam de Josaphat a xx annis ;

Ugo le Talemelier..... a xxv annis ;

Radulphus, cognomine amicus,... a xxiv annis ;

Radulfus le Talemelier... a xxiv annis.

*Archives départementales d'Eure-et-Loir, H. 2006, parchemin.*

## CCCLXXIX

1220.

Accord entre Garin, abbé de Josaphat et les paroissiens de Flins : ceux-ci au lieu de la dîme qu'ils percevaient pour la construction de leur église sur le prieuré de Saint-Laurent, recevront une rente annuelle de cinq mines de blé.

Frater Garinus, humilis abbas, totusque conventus ecclesie Beate-Marie de Josaphat, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum inter nos, ex una parte, et homines de Felinis, ex altera, super tractu decime ejusdem ville contentio verteretur, tandem inter nos et eos coram venerabili viro Thoma, archidiacono Pixensi, pacificatum fuit in hunc modum,

scilicet quod dicti homines quittaverunt in perpetuum monachis nostris de Sancto-Laurentio tractum dicte decime, quem jure ecclesie sue de quarto in quartum annum ad fabricam ejusdem ecclesie se dicebant habere. Et pro hac quittacione deditus et concessimus eidem ecclesie de Felins quinque minas, medietatem annone et medietatem ordei semel in quatuor annis perpetuo percipiendas in predicta decima nostra de Felins, quam prefati homines tenentur nobis reddere annuatim. Quod ut ratum et firmum permaneat presentes litteras scribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine in perpetuum roboravimus. Actum anno gracie millesimo ducentesimo vicesimo.

*Archives départementales d'Eure-et-Loir, original en parchemin, H. 2216.*

## CCCLXXX

1220.

« Hugues de Meslay confirme la donation d'un muid de bled que Milon de Lèves son beau-père avait donné à Josaphat à prendre au bois de Lèves. Il confirme aussi celle d'un muid de grain à prendre sur la terre de Villemain, donné par Berte, mère de sa femme. »

*De uno modio bladi in gaagnagio de Nemore Leugarum.*

Ego Hugo de Mellaio, miles, universis presentes litteras inspecturis notum facio quod cum scirem certissime quia bone memorie Milo de Leūgis, pater karissime conjugis mee Mabilie, religiosis viris, monachis de Josaphat, apud quos sepultus jacet, unum modium bladi in gaagnagio suo de Nemore Leugarum, annuatim percipiendum, in puram et perpetuam elemosinam moriens delegasset, et quod prefati monachi dictum modium singulis annis continue perceperant antequam ad me dicti Milonis hereditas pervenisset, tanti viri voluntatem efficaciter cupiens adimpleri, volens etiam ob salutem anime mee et meorum, spiritualium bonorum que in predicto monasterio fient perpetuam participationem habere, eamdam elemosinam laudo, approbo et

concedo. Quamdiu autem vixerit domina Margarita, soror conjugis mee, ad quam medietas hereditatis paterne devoluta est, dicti modii medietatem persolvet. Ad idem etiam faciendum heredes sui post ipsam, si heredes habuerit, tenebuntur, ego vero aliam medietatem persolvam ; sed si ipsa sine liberis decesserit, cum tota hereditas sepedicti Milonis ad me et heredes meos pervenerit, ego et heredes mei qui terram de Nemore possederint deinceps tenebimur ad totum modium integre persolvendum. Similiter de modio annone apud Villemain a domina mea Berta, matre dicte conjugis mee, et filio ejusdem Berthe Gaufrido, sepedictis monachis in elemosinam dato, semimodium solvere tenemur annuatim. Et ut prefata elemosina monasterio de Josaphat inconcussa permaneat, nec ab heredibus meis de cetero possint molestari, presentem cartam eisdem dedi sigilli mei munimine confirmatam, anno gratie M° CC° vicesimo.

*Archives départementales d'Eure-et-Loir, H. 2021, original en parchemin muni des las en soie rouge et blanche. — MSS. 10103, p. 88, n° 13. — MSS. 15418 (Gaignières), f. 70.*

## CCCLXXXI

1220.

Etienne Belutel de Saint-Piat, chevalier, donne à Josaphat le pré dit des Moines, à Jouy, qu'Albert, clerc de Jouy, et Gathon du Pont, son frère, avaient donné de leur côté.

*De medietate cuiusdam prati apud Joiacum quam dederunt nobis Albertus clericus, et Gatho frater ejus.*

Omnibus Xristi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Stephanus Belutel de Sancto-Piato, miles<sup>1</sup>, salutem in Domino. Noverit universitas vestra me ad preces karissimi mei Garini, venerabilis

<sup>1</sup> En 1505, fut conclu un accord entre l'abbé de Josaphat et M. de Crouy, seigneur de Saint-Piat, touchant les censives, et le champart des religieux.

abbatis de Josaphat, concessisse eidem abbati et conventui ejusdem loci medietatem cuiusdam prati quo vocatur pratum monachorum, apud Joiacum, juxta pratum furni siti, quam Albertus, clericus de Joia, et Gatho de Ponte, frater ejus, prefato monasterio in perpetuam elemosinam assignaverunt, ita tamen quod dicti monachi pro predicta medietate prati novem denarios censuales, ad festum sancti Remigii tenebuntur michi reddere annuatim. Ego autem elemosinam dictorum Alberti et Gathonis fratris ejus de predicta medietate prati prefato monasterio factam approbo, et quantum ad feodum meum pertinet in perpetuum omnino eidem monasterio quito. Et si quis super pretaxata elemosina sepedictos abbatem et conventum de cetero molestaret, me eodem fine, sumptibus meis, defensurum promicto bona fide. Quod ut firmiter et memoriter teneatur, licteris commendo et munimine sigilli in perpetuum confirmo. Actum anno gratie mille-simo ducentesimo vigesimo.

Mss. 10103, p. 95, n° 22.

### CCCLXXXII

1220, mai.

Cession par Etienne de Penchat à Josaphat de trois sous de cens.

*De tribus solidis census quos quitavit nobis Stephanus de Penchat.*

Galterus, divina miseratione Carnotensis ecclesie minister humilis, omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Stephanus de Penchat, in nostra presentia constitutus, quitavit monasterio de Josaphat et in perpetuam elemosinam retinendos et habendos concessit tres solidos census quos a monachis monasterii, per manum Leobini Chauvelli, solebat percipere annuatim. Et pro hac quitatione idem monachi predicto S. xl solidos Carnotensium donaverunt. In ejus rei testimonium ad petitionem

dicti S. presentes litteras scribi et auctoritate sigilli nostri in perpetuum fecimus roborari. Actum anno gratie M° CC° XX°, mense maio.

Mss. 10103, p. 54, n° 128.

### CCCLXXXIII

Juin 1220.

Jean de Culet, ses frères André et Geoffroy, échangent avec l'abbaye de Josaphat une terre sise dans le fief de Guillaume de Toré pour une autre terre sise près de Saint-Prest.

*Escambium factum inter nos et Johannem de Culeto et fratres ejus super quadam terra apud Sanctum-Priscum.*

### CIROGRAPHV:

Ego Guillermus de Toreio, miles, universis presentes litteras inspecturis, notum fieri volo quod Johannes de Culeto, et fratres ejus Andreas clericus, et Gaufridus escambavierunt monachis de Josaphat quandam terram inter terras eorumdem monachorum subitus Hotain sitam, quam a me ad censem tenebant, pro quadam terra quam idem monachi versus Sanctum-Priscum habebant, terre eorumdem Johannis et fratrem ejus contigua. Quod escambium laudavi et approbavi, et eamdem terram predictis monachis liberam et quietam in perpetuum possidendam concessi. In cuius rei testimonium, ad petitionem ejusdem Johannis et fratribus ipsius, presentes litteras sepeditis monachis dedi sigilli mei munimine confirmatas. Actum anno gracie M CC XX, mense junio.

Mss. 5418 (Gaignières), f. 68, avec le dessin du sceau rond, en cire verte, armorié d'un écusson burelé, chargé de 7 annelets, 3, 3, 1. Légende: † S' GVILLMI : DE : TOREIO :

*Archives départementales d'Eure-et-Loir, H. 2071, original en parchemin.*

## CCCLXXXIV

1220, 6 octobre.

Robert, archevêque de Rouen, confirme au prieuré de Concervan  
la jouissance de toutes les dimes présentes et futures.

Omnibus Xristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit,  
Robertus, Dei gratia Rothomagensis archiepiscopus, salutem in Domino.  
Ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire quod nos bone  
memorie Hugonis et Walteri predecessorum nostrorum piis vestigiis  
inherentes, ecclesie Sancti-Laurentii de Curia-Cervina et monachis  
ibidem Deo servientibus decimas bladorum de terris quas exercent, et  
quas in futurum jure legitimo exercebunt, decimas quoque animalium  
et fructuum suorum habitantes in silva villaris Curie-Cervine, quos  
parrochianos juste et canonice habent aut in futurum, Deo actore, habe-  
bunt, et eorum decimas quas juste et sine contradictione possident, aut  
in futurum justis modis poterunt adipisci, salvo jure pontificali in  
puram et perpetuam elemosinam confirmamus, et presentis scripti et  
sigilli nostri patrocinio communimus. Datum anno gracie M° CC° vice-  
simo, pridie nonas octobris.

M. 5418 (Gaignières) f. 104. — Archives départementales d'Eure-et-Loir, H.  
2215, original en parchemin, sceau perdu.

## CCCLXXXV

1220, décembre.

Avesgot de Saint-Prest approuve la vente faite par lui et son père Garin de la Vilette,  
à Josaphat d'un cens et d'une dime à Champhol.

*De venditione et elemosina quam fecit Avesgot de Sancto-Prisco et pater  
suus monachis de Josaphat de censu Juliete.*

Galterus, divina permissione Carnotensis ecclesie minister humilis,  
universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noverit

universitas vestra quod Avesgot de Sancto-Prisco<sup>1</sup>, miles, in presentia nostra constitutus quictavit et concessit monachis Beate-Marie de Josaphat illam vendicionem et elemosinam perpetuo habedam et pacifice possidendam quam ipse Avesgot et pater suus Garinus de Vileta, miles, fecerant dictis monachis de Josaphat, de censu et decima quam apud Campfou habere solebant, et fide prestita corporali promisit idem Avesgot quod predictos monachos de Josaphat, super dicta vendicione et elemosina de cetero nec molestaret nec molestari permitteret, sed cum expensis dictorum monachorum dictam vendicionem et elemosinam eisdem monachis garantiret. In cujus rei testimonium et ut hoc stabile habeatur et firmum, ad petitionem predicti Avesgot presentes litteras scribi et sigilli nostri auctoritate fecimus roborari. Actum anno gratie M° CC° XX°, mense decembri.

Mss. 9223, n° 53, original en parchemin, muni d'une queue double en parchemin. — MSS. 10103, p. 53 n° 125. — MSS. 17033, f. 175. — MSS. 5418 (Gaignières), f. 50, « scellé du sceau de l'évesque en cire verte pendant à une bande de parchemin. »

### CCCLXXXVI

1221, décembre.

André Cholet fait remise à Josaphat de 12 deniers de cens sur la dime de Theuvy.

Ego Andreas Cholet, miles, notum facio quod ego ob salutem anime mee et animarum patris et matris mee antecessorum meorum, concedentibus karissima uxore mea Ysabella, et Frederico, fratre meo, quitavi et in perpetuam elemosinam dedi monachis Beate-Marie de Josa-

<sup>1</sup> Nous relevons dans les documents postérieurs deux noms des membres de la famille de Saint-Prest: Belot de Saint-Prest, escuyer, le 16 janvier 1393 (Gaignières, p. 87) et Denise de Saint-Prest, fille mineure de Jean de Saint-Prest qui en 1537 avait pour tuteur Jacques de Gasville ou Gauville, sieur de Briconville. Un des ancêtres de ce dernier, Jehan de Gauville, escuyer, sieur de Chenonville et de Briconville, affranchissait Josaphat de tous les rachats et profits pour raison du quart de la dime de Briconville, tenue dudit escuyer et dudit Briconville. (Gaignières, p. 75.)

phat xi denarios censuales quos idem monachi pro decima de Tuevi  
michi et heredibus meis annuatim reddere tenebantur. In ejus rei  
testimonium eisdem monachis dedi presentes litteras sigilli mei muni-  
mine confirmatas, anno Domini M CC XXI, mense decembri.

M. 5418 (Gaignières), f. 82.

### CCCLXXXVII

1221, (N. S. 1222.) janvier.

Cession par Miles de Mesnil-Simon, de 20 sols parisis de rente sur les cens que lui  
devaient Etienne de Bourainville, le prieur de Flins et Jean de Mereljal.

*Donatio XX solidorum Parisiensium a Milone.*

Ego Milo de Mesnilio-Symonis, miles, notum facio universis pre-  
sentem paginam inspecturis, me ob salutem anime mee et Ermengar-  
dis uxoris mee<sup>1</sup>, et omnium antecessorum meorum, dedisse abbatie  
Beate-Marie de Josaphat in puram et perpetuam elemosinam viginti  
solidos Parisiensium in festo beati Martini hyemalis percipiendos,  
videlicet decem solidos Parisiensium annui census quos debet mihi  
Stephanus de Bouranvilla<sup>2</sup>, duos vero solidos quos mihi debebat prior  
de Felins, eisdem quitto et remitto, alios vero octo solidos<sup>3</sup> dicti mona-  
chi percipient annuatim in censibus quos debet mihi Johannes de  
Merelial<sup>4</sup>. De illis vero viginti solidis dicti loci monachi habebunt decem

<sup>1</sup> Déjà, en 1212, ce même « Mille du Mesnil, écuyer, donnait à Josaphat pour prendre après son décès 20 sols, à condition que Renée, son épouse, aura pour sa dot pendant son vivant la moitié desd. 20 sols à prendre savoir 5 sols sur un sief à Mondreville dont le cens est de 5 sols, 8 sols que doit Jean Millerent pour la terre que ledit Mille lui a ensemencée, et 2<sup>s</sup> de cens que lui devoit la maison de Fleins et 5 sols que lui devait le prê des Epinettes. » *Archives départementales d'Eure-et-Loir*, inventaire manuscrit. On remarquera que sa femme est appelée non pas Ermengarde mais Renée. C'est aussi le nom qu'elle prend dans un acte de revendication date de février 1225 (N. S. 1226).

<sup>2</sup> Stephanus de Borrivilla, Borriavilla (charte de confirmation de son neveu Nivard, 1229).

<sup>3</sup> « in festo sancti Remigii » (Ibidem).

<sup>4</sup> « Johannes de Mireletis » (Ibidem).

solidos ad pitanciam in die anniversarii mei, alii vero decem solidi erunt ad usus dicte ecclesie. In cuius rei testimonium presentem paginam sigilli mei munimine sigillavi. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo primo, mense januarii.

Mss. 10103, f. 110, n° 36.

### CCCLXXXVIII

1222, avril.

Raignaud d'Ouarville approuve le don de deux setiers de blé sur sa terre d'Ermenonville-la-Grande que Gohier de Lanneray et Liarde, sa tante maternelle, femme de Gohier, avaient fait à Josaphat.

*Confirmatio duorum sextariorum annone apud Ermenovillam Magnam.*

Ego Raginaudus de Horrevilla, miles, notum facio universis tam presentibus quam futuris presentes licteras inspecturis quod, omnium spiritualium bonorum que in ecclesia Beate-Marie de Josaphat Carnotense facta sunt et facienda, me et meos volens esse participes, elemosinam duorum sextariorum annone in terra quam habeo apud Ermenovillam magnam, quam Goherius de Lanerio dominus et Lillardis, uxor ejus, materterea mea, monachis predicte ecclesie pro salute animarum suarum annuatim habendam contulerant, laudo, approbo et concedo. Et ut eisdem monachis rata et inconcussa permaneat, licteris commendo et sigillo meo confirmo. Actum anno gratie millesimo ducentesimo vicesimo secundo, mense aprili.

Mss. 10103, p. 112, n° 38.

### CCCLXXXIX

1222, avril.

Donation par Hemery d'Ormoy à Josaphat, où son frère Nicolas a reçu la sépulture, de trois setiers de blé sur sa grange de Neuville-Saint-Laumer.

*De tribus sextariis bladi quos habemus pro Nicholao de Uimeto.*

Galterus, divina miseratione Carnotensis ecclesie minister humilis, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noverit uni-

versitas vestra quod Hemericus de Ulmeto, miles, in presencia nostra constitutus recognovit et ob salutem et remedium anime Nicholaï de Ulmeto, fratris sui, in puram et perpetuam elemosinam contulisse monachis Beate-Marie de Josaphat Carnotensis, apud quos idem Nicholaus jacet sepultus, tria sextaria bladi in granchia sua de Novavilla Sancti-Launomari singulis annis in festo sancti Remigii sine contradictione aliqua libere et quiete percipienda. Nos autem ad humilem petitionem ipsius Hemerici, ne supradicti monachi super prescripta elemosina possint in aliquo de cetero molestari, eandem elemosinam litteris commendamus et sigilli nostri auctoritate in perpetuum confirmamus. Actum anno gratie M° CC° vicesimo secundo, mense aprilii.

Mss. 10103, p. 52, n° 122.

### CCCXC .

f222, Septembre. — Saint-Germain-en-Laye.

Abandon par Guillaume Ménier, châtelain d'Etampes, de la grange aux Moines, sise à Chalo-Saint-Mars, qu'il a prise à bail pendant sa vie et qui doit après sa mort revenir à Josaphat, avec toutes ses dépendances et augmentations.

Universis presentibus pariter et futuris presentes litteras inspecturis Guillelmus Menerii, castellanus de Stampis<sup>1</sup>, salutem et dilectionem. Universitati vestre notum facimus quod cum viri venerabiles abbas et conventus de Josaphat granchiam suam que appellatur granchia monachorum desuper Chalotum, cum omnibus ad eam pertinentibus, nobis tradiderint et ad vitam nostram tenendam concesserint, nos eis

<sup>1</sup> Un Lisiard d'Etampes fut témoin de la donation faite à Marmoutier par Gautier d'Aunay et Milesende, sa femme, de la terre de Verville. Cet acte fut passé à Saint-Avit, dans la maison dudit Gauthier, en présence de Teudon Tête-de-Fer, père de Milesende, et d'Hardouin Tête-de-Fer, son frère. Teudon et Hardouin s'étaient fait moines, et ce dernier résidait dans le prieuré de Chuines. L'acte fut également approuvé par Guillaume fils de Bornoal d'Etampes, alors abbé de Sainte-Marie d'Etampes, témoins : Herbert de Denonville, Amaury le Roux d'Ablis, Hugues de Gallardon, Marin, prévôt d'Auneau. XII<sup>e</sup> siècle (*Archives départementales d'Eure-et-Loir*).

concedimus et volumus ut dicta granchia cum omnibus pertinentiis et cum omnibus incrementis que ad eam per nos pervenerint in terris, in veneis, et in reddibitus seu in edificiis et cum omnibus mobilibus que ibidem fuerint in terris et extra terras, et cum omnibus bestiis, animalibus et jumentis, que in eadem granchia fuerint ex parte nostra in extrema die exitus nostri, sicut fuerit ornata et minuta, predictis abbatii et conventui sine contradictione post decessum nostrum quita et libera revertatur. Preterea decem solidos Parisiensis monete censuales quos pro eadem granchia et terris dicti abbas et monachi solvere tenentur, nisi eos ipsis acquisierimus, annuatim in vigilia beati Remigii priori suo de Chaloto reddi faciemus, ut per manum ejusdem prioris ei cui debentur persolvantur. Super quo ne in posterum suboriatur contradictio, presentem cartulam scribi fecimus et sigilli nostri testimonio confirmari. Actum apud Sanctum-Germanum-in-Laya, anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo secundo, mense septembri.

*Archives départementales d'Eure-et-Loir, H. 2219, original en parchemin, sceau perdu.*

## CCCXCI

1222, novembre.

... de Jumèges donne six setiers de blé sur une terre à Gatelles.

..... de Jumèges, filius Hemerici de Jumèges, militis .... Universis ... Notum ... tria sextaria bladi que in grangia dicti patris mei de Senevilla ex dono Laurentii .... uxorij ejus avi mei et avie mee monachis Beate-Marie de Josaphat in perpetuam elemosinam assignata fuerat super quamdam terram apud Gatale ... quito ... MCCXXII, mense novembri.

Mss. 5418 (Gaignières), f. 83.

## CCCXII

1222, novembre.

Vente par Philippe d'Ozée, à Josaphat, pour quarante livres, d'une terre sise à Saint-Arnoult, avec l'approbation de Robert de Saint-Germain, seigneur féodal.

*De terra empta apud Sanctum-Arnulfum.*

Galterus, divina miseratione Carnotensis ecclesie minister humilis, omnibus presentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod Philippus de Hosia<sup>1</sup>, in presentia nostra constitutus, recognovit se vendidisse abbati et conventui Beate-Marie de Josaphat quandam terram apud Sanctum-Arnulfum, juxta terras eorumdem monachorum sitam, prout est emetata et divisa, pro pretio XV librarum Carnotensium, volentibus et concedentibus Maria uxore sua, Erardo, Odone, Roberto, fratribus ejusdem Philippi, et Odone de Curvavilla, avunculo ipsorum. Qui omnes in manu nostra fidem super hoc prestiterunt corporalem quod in predicta terra nichil de cetero reclamarent, et quod dictos abbatem et conventum super eadem terra non molestarent, nec contra dictam venditionem aliquo modo venirent, et quod ipsam terram memoratis abbatii et conventui pro posse suo bona fide garandirent. Quia vero dicta Maria in prenominata terra dotalicium habuerat, illud in manu nostra penitus resignavit et quitavit. Dominus autem Robertus de Sancto-Germano, miles, ad cuius feodum dicta terra pertinebat, similiter coram nobis constitutus, hanc vendicionem de predicta terra factam concessit et, quantum ad feodum suum pertinebat, sepenominatis abbatii et conventui de Josaphat in perpetuum omnino quitavit, et ipso Philippo petente et volente fidem dedit in manu nostra quod ipse, qui feodi dominus est, pretaxatam venditionem cum expensis dictorum

<sup>1</sup> En 1228, Gérard de Hosia et Martin son frère engagent pour 4 ans aux religieux de Josaphat la dixme des terres qu'ils avaient dans la paroisse d'Orroy (Orrouer) pour la somme de 60 sous par an.

monachorum eisdem monachis pro posse suo contra omnes de cetero garandizabit. Ipsi vero monachi eidem Roberto et heredibus suis pro predicta terra duos solidos censuales tantummodo in festo sancti Arnulfi annuatim solvere tenebuntur. Cujus rei testimonium vel memoriam, ne posteris fieret incognita, litteris mandavimus et ne deesset episcopalis tutela, sigilli nostri impressione consignavimus. Actum anno gratie M° CC° XX° secundo, mense novembri.

*Archives départementales d'Eure-et-Loir, H. 2117, original en parchemin. —  
Mss. 10103, f. 53, n° 124. — Mss. 5418 (Gaignières), f. 92.*

## CCCXCIII

1222, février (N. S. 1223).

Don par André, fils de Tristan de Poisvilliers, de treize setiers de blé sur son terrage de Mondonville-Saint-Jean. En cas d'injustes revendications, André se rendra prisonnier à Pontgouin.

*De XIII<sup>im</sup> sextariis bladi quos Andrcas, filius defuncti Tristani de Piativilla,  
pro portione hereditatis Nicholai, patris sui, et quitatio ipsius de 1 sex-  
tarium (sic) avene et II solidos (sic) census.*

Galterus, divina miseratione Carnotensis ecclesie minister humilis, universis presentes litteras inspecturis in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod Andreas, filius defuncti Tristanni de Piativilla, in puram et perpetuam elemosinam dedit et concessit monachis Beate-Marie de Josaphat, pro portione hereditatis patris sui Nicholai, quem prefati monachi in monachum receperant, tredecim sextaria bladi in terragio suo apud Mondonvillam Sancti-Johannis annuatim sine aliqua contradictione libere et quiete percipienda et ab illis qui terras dictum terragium debentes excolunt ad Josaphat deferenda; quitans penitus et dimittens prefatis monachis I sextarium avene et II<sup>os</sup> solidos census quos dicti monachi pro quodam terra apud Hotain sita predicto Andree, vel heredibus ejus, annis singulis solvere tenebantur. Si vero in prescripto terragio dicta XIII<sup>im</sup> sextaria ad integrum non potuerunt inve-

niri, prefatus Andreas vel ejus heres sepedictis monachis de defectu dictorum XIII<sup>im</sup> sextariorum in terra sua de Piativilla, plene satisfacere tenebuntur. Preterea sepedictus Andreas in manu nostra, fide prestita corporali, de predicta elemosina prefatis monachis facta, quitationem impetrare tenetur et concessionem ab omnibus illis qui super hiis possunt movere contentionem. Alioquin predictus Andreas apud Pontem-Godani prisionem tenebit donec XIII<sup>im</sup> sextaria bladi predictis monachis taliter assignaverit quod ea dicti monachi possint sine aliqua contradictione libere et quiete possidere. Quod ut firmum et stabile permaneat et ne predicti monachi super hiis in aliquo possint molestari, ad devotas preces predicti Andree presentes litteras scribi fecimus et sigilli nostri munimine in perpetuum confirmavimus. Actum anno gratie M° CC° XXII°, mense februarii.

Mss. 10103, f. 54, n° 127.

#### CCCXCIV

1222, février (N. S. 1223).

Approbation par Garin de Friaise, du don de 60 charretées de bois à prendre dans les forêts de Champrond, de Friaize et de Beauvoir, fait par son père Gautier et son frère Jean, ainsi que du don de 40 sous sur la tonlieu de Courville et d'un muid de blé sur le moulin de Charvel, à charge pour les religieux de célébrer un anniversaire pour les donateurs.

Ego Garinus de Friesia, miles, universis presentes licteras inspec-  
turis, notum facio, quod cum karissimus pater meus Galterus de  
Friesia, et dilectus frater meus Johannes de Friesia, milites, assensu et  
voluntate mea, ob salutem anime sue et predecessorum suorum, mona-  
chis de Josaphat LX quadrigatas de bosco, in nemoribus de Campo-  
Rotundo contulissent, factum predictorum patris mei et fratris mei  
approbans, pro salute anime mee et animarum ipsorum, annuente  
karissima conjugi mea Margareta, prefatis monachis dictas quadrigatas,  
unamquamque ad tres equos in omnibus nemoribus meis, videlicet de

Campo-Rotundo, de Friesia, de Bellovidere, et ubicumque nemora possideo, tam de bosco mortuo quam de vivo, sine aliquo delectu vel calumpnia, de cetero annuatim habendas dedi et concessi, ubicumque ad commodum ipsorum propinquius vel competentius potuerit inveniri. Eleemosinam quoque a predictis patre meo, fratre meo eisdem monachis factam de quadraginta solidis in telonio de Curvavilla in perpetuum annuatim habendis, viginti primis in prima die jovis septembris, viginti aliis in prima die jovis aprilis. Itaque si forte XX<sup>ii</sup> solidos predictis diebus non solvi contigerit, sequenti octava die usque ad integritatem persolvantur et de uno modio annone in molendino de Charvel, singulis annis in perpetuum percipiendo. Itaque idem monachi dictum modium in predicto molendino incipient recipere a festo sancti Johannis-Baptiste, quounque de modio integro eis fuerit satisfactum, laudo, approbo et concedo. Monachi vero huic beneficio non ingrati, omnium bonorum spiritualium que in ecclesia de Josaphat facta sunt et facienda, mihi et predicte uxori mee Margarite participium concesserunt, et post obitum nostrum anniversarium diem obitus nostri singulis annis celebrahunc. Ut autem hec mea et predictorum patris et fratris mei eleemosina rata et inconcussa permaneat, et ne prefati monachi super hiis in aliquo possint de cetero molestari, presentes litteras feci scribi et sigilli mei munimine roborari. Venerabilis etiam pater et dominus meus Carnotensis episcopus Galterus <sup>1</sup>, ad humiles preces nostras, karissime uxoris mee Margarite, hanc meam eleemosinam, ut predictis monachis firma et stabilis perseveret, licteris suis et sigilli sui munimine confirmavit. Actum anno gratie M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> vice-simo secundo, mense februario.

Mss. 9223, n<sup>o</sup> 57, original en parchemin, autrefois scellé.

Mss. 10103, f. 102, n<sup>o</sup> 30. — MSS. 5418 (Gaignières), f. 88, avec le dessin du sceau, publié dans le *Cartulaire de Saint-Denis-de Nogent-le-Rotrou*, ch. XVI.

<sup>1</sup> Le mss. 10103, f. 56, n<sup>o</sup> 133, contient en effet l'approbation de cet acte presque dans les mêmes termes par Gautier, évêque de Chartres. « Galterus, divina permissione Carnotensis ecclesie minister humili.... Actum anno gratie M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> secundo. » Au bas du feuillet, on lit : « Explicunt privilegia Galteri episcopi. »

## CCCXCV

1223, avril.

Remise par Ives de Douville et Robert, son oncle, de la pelisse et de la somme de vin  
et de raisins de rente annuelle qu'ils réclamaient aux religieux.

*Concordia facta inter nos et Ivonem de Douvilla et Robertum de Douvilla,  
avunculum ejus.*

Stephanus, Carnotensis archidiaconus, et Haymo, decanus de Curva-villa, universis presentes litteras inspecturis in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod cum esset contentio inter venerabiles et religiosos viros abbatem et monachos Beate-Marie de Josaphat Carnotensi, ex una parte, et Ivonem de Douvilla et Robertum, avunculum ejus, ex altera, super quadam pellicia et una summa vini et race-morum, que eisdem Ivoni et Roberto, sicut dicebant, supradicti abbas et monachi pro quibusdam terris suis apud Douvillam sitis solvere tenebantur annuatim. Tandem predicti Ivo de Douvilla et Robertus, avunculus ejus, habito concilio bonorum virorum, et Deum præ oculis habentes, supradictos monachos ab annua solutione predicte pellicie et summe vini et racemorum in perpetuum penitus quittaverunt. Presentes litteras scribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine confirmavimus. Actum anno gratie millesimo ducentesimo vicesimo tercio, mense aprilii.

*Archives départementales d'Eure-et-Loir, H. 2129, original en parchemin avec les doubles queues en parchemin. — Mss. 5418 (Gaignières), f. 114.*

## CCCXCVI

1223, juillet.

Jean de Fresneuse approuve le don fait par sa mère Helisende de Tachainville,  
de deux muids de blé à Generville.

Magister Henricus, officialis Carnotensis — noveritis nobilem virum  
Johannem de Fresneuse, militem, concessisse elemosinam quam mater

sua defuncta Helisendis, domina de Tachenvilla, monachis Beate-Marie de Josaphat, pro remedio anime sue, in extrema voluntate legavit, scilicet unum modium bladi et alterum annone in campiparte de Gener-villa annuatim capiendum — MCCXXIII, mense julio.

Mss. 5418 (Gaignières), f. 61.

### CCCXCVII

1223, décembre.

Franchise accordée par Pierre de la Rivière aux religieux du prieuré de Fossard du droit de pêche dans leur étang, et de toutes autres redevances et servitudes.

Ego Petrus de Riparia, miles, universis tam presentibus quam futuris præsentes litteras inspecturis notum fieri volo quod, cum peteremus a monachis de Josaphat Carnotensi, apud Fossardum habitantibus<sup>1</sup>, piscaturas in stagno eorum et alias quasdam redhibitiones et exactiones quas mihi vel heredibus meis, sicut pro certo didici, nullo modo reddere tenebantur, eosdem monachos et homines et possessiones eorum ab omnibus redhibitionibus et exactionibus liberos et immunes et in pace perpetua de cætero fore dimitto, ita quod nec ego nec heredes mei in prædicta domo ante hominibus vel possessionibus ad eamdem domum pertinenteribus, neque hospitium, neque prandium, neque exactionem, vel consuetudinem aliquam, neque piscaturas in stagno, neque omnino aliquid poterimus reclamare; et ea omnia quæ de feodo nostro movent et dictæ domui in eleemosinam collata sunt, monachis prædictæ domus tam ego quam heredes mei cum omnimoda libertate et quiete in per-

<sup>1</sup> Les religieux eurent nombre de querelles à soutenir dans les siècles suivants : En 1450, le prieur fit un accord avec Jean le Baudrés, curé de Corbon, pour les dimes de ladite paroisse ; en 1490, un autre avec le curé de Moulicent pour le partage des offrandes faites à la chapelle de Fossard ; en 1558, il y avait contestation entre le prieur de Fossard et le curé de Moulicent pour la dime des terres dépendantes du prieuré. Parmi ces biens, il faut compter la métairie de la Jarre, autrement dite de Saint-Robert de Fossart, sise à Moulicent, consistant en 37 arpents 21 perches de terre labourable, 5 arpents 33 perches en pâture, 4 arpents de bois taillis, 3 arpents 19 perches de pré, 19 arpents 6 perches de bruyères et jongs marins. (*Arch. départ. d'Eure-et-Loir*. II. 2195, 2196 et 2197.)

petuam eleemosinam possidenda concedimus. Super quo ne in posterum aliquā possit contentio suboriri, præsentes litteras feci scribi et sigillo meo in perpetuum communiri. Actum anno gratiæ MCCXXIII, mense decembri<sup>1</sup>.

*Archives départementales d'Eure-et-Loir*, H. 2195, copie en papier. — MSS.  
5418 (Gaignières), f. 107.

### CCCXCVIII

¶1223, décembre.

Le clerc Otran, fils de Guy, seigneur de Gas, approuve le don fait par son père de la dîme de Gas à Josaphat.

*Resignatio quam fecit Otrannus clericus de decima de Gaiis quam pater suus Guido nobis concesserat.*

Galterus, divina miseratione Carnotensis ecclesie minister humilis, universis tam presentibus quam futuris, presentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod Otrannus clericus, filius defuncti Guidonis de Gaiis, militis, decimam de Gaiis quam dictus Guido, pater suus, in manu bone memorie predecessoris nostri Raginaldi, Carnotensis episcopi, dimiserat, et que ab eodem predecessorе nostro monachis de Josaphat collata fuerat et concessa, sicut ex ipsius autentico nobis constituit evidenter, cuius decime fructus idem Otranus, de permissione dictorum monachorum de Josaphat aliquot annis percepérat, in manu nostra, voluntate spontanea resignavit. Ipse autem Ottranus in manu nostra fidem prestítit corporalem quod in dicta decima nichil deinceps reclamabit et quod nec per se nec per alium dictos monachos super eadem decima molestabit. In cuius rei memio-

<sup>1</sup> Une charte a été donnée sur le même sujet et presque dans les mêmes termes par « Garinus, decanus de Brueroliis » et à la prière de Pierre de la Rivière ; elle fut scellée du sceau du doyen en décembre 1223. (*Archives départ. d'Eure-et-Loir*, H. 2195, copie en papier.)

riam et munimen, ad petitionem ejusdem Otrani, presentes litteras eisdem monachis dedimus, sigilli nostri munimine confirmatas. Actum anno gratie M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> tercio, mense decembri.

Mss. 40103, f. 51, n<sup>o</sup> 121.

### CCCXCIX

1223.

Don par Symon de Vaubernard au prieuré du Bouchet de trois sous parisis sur la censive du Mesnil.

Ego Symon de Vallebernardi omnibus notum facio me dedisse in perpetuam elemosinam domui S. Thome de Boscheto, pro remedio anime mee et parentum meorum et Sibille, uxoris mee, que eleemosinam istam approbavit, tres solidos Parisienses annuatim in censu meo de Mesnil. — Testes Johannes de Masseria, Guido de Tertrou, Petrus de Bellovidere, milites — Sigilli mei — M CC XXIII.

Mss. 5418 (Gaignières), f. 84.

### CCCC

1224, mai.

Donations faites par Ebrard de Levesville et ses ancêtres de différentes terres sises à Gâtelles, Poisvilliers, Champhol, Penchat, La Ferté-Alix, les Tables.

*De quindecim solidis et quatuor denariis ad Leveville nobis datis et terra sita apud Gastelle et de uno modio bladi et altero avene in decima Piati-ville, et de V solidis apud Gastelle et concessio dicti domini de elemosinis.*

Ego Ebrardus de Levesville, miles, universis presentes litteras inspecturis, notum facio quod cum karissimus pater meus Amauricus de Levesville, miles, et Aales, mater mea, morientes delegassent in puram et perpetuam elemosinam dedissent monachis Beate-Marie de Josaphat

Carnotensi, apud quos etiam tumulati jacent, xx solidos annui redditus ad anniversaria sua facienda singulis annis, in festo sancti Remigii, per manum meam vel successorum meorum apud Levesvillam percipiendos, dicti monachi eosdam (*sic*) xxi solidos mihi et successoribus meis omnino quitaverunt; pro quibus xxi solidos prefatis monachis dedi et in perpetuum quiete et pacifice habendos et possidendos concessi, omnes census meos quos habebam apud Chamfou, apud Penchat, apud Firmitatem-Aales, apud Gastelle et apud Tabulas, cum omni jure et dominio ad eosdam census pertinentibus; laudantibus et approbantibus et concedentibus karissima uxore mea Katherina et liberis nostris, Girardo fratre meo; campipartem etiam terre apud Gastelle site a Hemerico de Jumièges, milite, et filio suo Michaele, dictis monachis dimissam, que mihi et heredibus meis debebantur, eisdem monachis in perpetuum habendam et possidendam concessi. Preterea X<sup>em</sup> et VIII<sup>o</sup> sextaria, novem de blado, totidem de avena. que sepefati monachi in decima de Piativillari<sup>1</sup> annuatim percipiunt et infra dimidium modium medietatem bladi et medietatem avene quem Germundus de Levesville, canonicus, patruus meus, eisdem monachis moriens delegavit in predicta decima de Piativilla<sup>2</sup>, annuatim habendam, et quinque solidos annui

<sup>1</sup> Les religieux de Josaphat faisaient aveu de leurs terres de Poisvilliers aux seigneurs de la Salle de Poisvilliers:

1626, à M. Claude de Harville, chevalier des ordres du roy, conseiller en ses conseils d'Estat et privé, capitaine de 50 hommes d'armes, gouverneur de la ville et citadelle de Calais et pays reconquis, seigneur de Palloiseau, la salle de Poisvilliers, Fresnay-le-Gilmert.

1659, à Pierre Momerot, conseiller du roy, secrétaire de sa Majesté, maison, couronne de France et trésorier de ses parties casuelles, seigneur de Fresnay-le-Gilmert, la salle de Poisvilliers, la Motte Blanville, Chavannes et autres lieux.

1673, à Anne de Harville, dame de Fresnay-le-Gilmert, la salle de Poisvilliers, épouse de M<sup>r</sup> le duc d'Orval.

1711, à Florent Boutet de Guignonville.

1736, à Henri de Briqueville, marquis de la Luzerne, seigneur de la salle de Poisvilliers.

1789, à Mathieu-François Gouttard, écuyer, maître d'hôtel du roy, seigneur de Leveville, le Bois Foucher, sief Lauvault, mairie de Poisvilliers, la Grappe, les Courtins.

<sup>2</sup> En 1512, Gervais Tigrin, presbtre, chappelain « desservant l'église parroischial de Poisvilliers », donnait à Josaphat plusieurs terres par lui acquises entre 1486 et 1501 en la dite paroisse. (A. D. H. 2110.)

census quos karissima materlera mea Aalina, sepefatis monachis apud Gastelle dedit et omnes elemosinas ab antecessoribus meis eisdem monachis ubicumque collatas, laudo, approbo et concedo. Et ne a successoribus meis predicti monachi super hiis de cetero valeant molestari, predicta omnia litteris commendo et sigillo meo confirmo. Actum anno gratie M° CC° vicesimo quarto, mense maio.

Mss. 10103, f° 80, n° 2. — MSS. 5418 (Gaignières), f. 58. — *Bibliothèque de Chartres*, MSS. 1310.

La confirmation donnée par Gautier, évêque de Chartres, est à peu près dans les mêmes termes et à la même date. — *Archives départementales d'Eure-et-Loir*, H. 2072, parchemin. — MSS. 10103, f° 52, n° 122.

### CCCCI

Octobre 1224.

Vente par Yves et Robert de Douville de trois deniers de cens sur une terre à Orrouer.

Haymo, decanus de Curvavilla, omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Ivo et Robertus de Douvilla<sup>1</sup>, in nostra presentia constituti, quittaverunt monachis Beate-Marie de Josaphat Carnotensi, tres denarios censuales quos dicti monachi pro quadam terra, apud Ororium sita, eisdem Ivoni et Roberto reddere solebant annuatim. Et pro hac quittacione predicti Ivo et Robertus undecim solidos Carnotenses a predictis monachis receperunt, in manu nostra fidem dantes corporalem quod prefatos monachos super repetitione predicti census aliquo modo de cetero non molestabunt nec molestari permittent, imo dictam quittationem super eodem censu factam ab ipsis predictis monachis contra omnes, sicut justum fuerit, bona fide, pro posse suo garandabunt. In cuius rei memoriam et munimen, ad petitionem partium, ne prefati monachi super predictam quitationem possint de cetero in aliquo molestari,

<sup>1</sup> Douville, hameau de la commune d'Ollé.

presentes litteras inde fecimus scribi et sigilli nostri munimine in perpetuum roborari. Actum anno gratie millesimo CC<sup>o</sup>XXIV<sup>o</sup>, mense octobri.

*Archives départementales d'Eure-et-Loir, H. 2129, original en parchemin,  
sceau perdu. — MSS. 5418 (Gaignières), f. 98.*

## CCCCII

Octobre 1224.

Donation de plusieurs terres à Saint-Arnoult et à Penchat par Jean Plates, avant de faire profession.

*Donum Johannis Plates de duobus terre arpentis.*

Hugo, decanus Carnotensis, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Johannes Plates, clericus, in nostra presentia constitutus, recognovit se dedisse in elemosinam monachis de Josaphat Carnotensi, apud quos habitum religionis erat assumpturus, duo arpenta terre in valle Arnulphi<sup>1</sup>, juxta terras dictorum monachorum sita, et dimidium arpentum prati apud Penchat, que dicto Johanni pro portione hereditatis sue fuerant assignata. Garinus vero frater dicti Johannis et Eremburgis uxor ejus, et Georgius sororius dictorum Garini et Johannis, et Gilo patruus eorumdem, tam pro se quam pro uxoribus suis coram nobis constituti hanc elemosinam a predicto Johanne prefatis monachis factam concesserunt..... Quia vero predicta Eremburgis unum de prescriptis duobus arpentis et dotalicium habebat illud... in manu nostra resignavit et quitavit... Predictus autem Garinus eidem Eremburgi uxori sue dedit, in recompensationem dotalicij sui, unum arpentum terre situm juxta viam que dicit ad Nogentum, et ipsam de eodem arpento tanquam de dotalicio suo coram nobis investivit. In cuius rei memoriam

<sup>1</sup> L'inventaire des Archives d'Eure-et-Loir traduit *Vallis Arnulphi* par Saint-Arnoult.

et munimen, ad petitionem partium, omnia predicta litteris commen-  
davi, et sigilli mei munimine in perpetuum confirmavi. Actum anno  
gratiae millesimo ducentesimo vicesimo quarto, mense octobri.

*Archives d'Eure-et-Loir, H. 2117, original en parchemin.*

### CCCCIII

Décembre 1224.

Abandon par l'abbé de Josaphat, à Geoffroy Lefèvre et à Gervais Jolivet, d'une terre  
sise entre les murs du monastère et les maisons desdits hommes, pour agrandir  
leur habitation, pour une redevance de trois deniers.

*De domibus apud Leugas.*

Galterus, divina miseratione Carnotensis ecclesie humilis [minister],  
universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit  
universitas vestra quod viri venerabiles et religiosi abbas et monachi  
Beate-Marie de Josaphat Carnotensi concesserunt duobus hominibus  
de Leugis, videlicet Gaufrido Fabro et Gervasio Jolivet et heredibus  
eorum, terram que erat inter muros monachorum et domos hominum  
predictorum<sup>1</sup> ad easdem domos dilatandas, ita quod ipsi homines vel  
heredes illorum prefatis abbati et monachis, in festo beati Dionisii,  
in solidos censuales singuli pro predicta terra persolvant annuatim et  
muros quotiens ruerint, unusquisque illorum pro parte sua reparabit,  
et predictos abbatem et monachos bona fide pro posse suo indempnes  
conservabit. Si autem predictos homines, vel eorum heredes, jam  
dictas domos vendere contigerit, prefati abbas et monachi, in vendi-  
cionibus illarum domorum, jus suum percipient secundum prescripti

<sup>1</sup> Signalons ici l'acquêt fait en 1540 par l'abbaye sur Louis de la Vove, seigneur de Han-  
ches, d'une maison et dépendances, jardin et bois, sis à Lèves, appelé le Champ des Oiseaux.  
(*Archives départementales, H. 2007.*) Gaignières, mss. 5418, f°. 82, lit Louis de la Bove, et cite  
Jehan de la Bove, chanoine de Chartres. Par contre, en 1583, l'abbaye aliénait une pièce de  
pré, près Fontaine-Bouillant, en faveur de Jean Bellouis, procureur au baillage de Chartres.  
(*Ibidem, H. 2026.*)

census quantitatem. Quod ut firmum et stabile permaneat, ad petitio-  
nem partium, litteris commendamus et sigilli nostri auctoritate in  
perpetuum confirmamus. Actum anno gratie M°CC°XX° quarto, mense  
decembri.

*Archives d'Eure-et-Loir*, H. 2013, original en parchemin. — MSS. 10103,  
f. 54, n° 129, mais sans l'indication du mois.

## CCCCIV

Novembre 1224.

Vente par Barthélémy, fils de Thomas d'Andeville, de la terre d'Andeville que son  
père avait reçue des religieux.

*De granchia de Andevilla.*

Magister Robertus de Cuneo-Muri, officialis curie Carnotensis,  
omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit  
universitas vestra, quod cum venerabiles viri abbas et monachi Beate-  
Marie de Josaphat Carnotensi tradidissent Thome de Andevilla, terram  
suam quam apud eamdem villam habebant, ad medietatem cum  
grangia sua jure hereditario possidendam, et forragia fructuum pre-  
dictae terre et decimarum quas iisdem monachi habebant ibidem, dicto  
Th. et heredibus ejus habenda concessissent, tandem predicto Thoma  
defuncto Bartholomeus presbiter, filius ejus, ad quem predicta omnia  
jure hereditario devenerant, et qui super eisdem rebus, predictis  
abbati et monachis fecerat homagium, in nostra presentia constitutus,  
recognovit quod ipse, assensu et voluntate Matildis, matris sue, et  
Beaticis, sororis sue, filie ipsius Matildis, et Heberti, mariti dicte  
Beaticis, supra dicta omnia in manu predicti abbatis resignans, eisdem  
abbati et monachis pro pretio XIII<sup>e</sup> librarum Carnotensium eadem  
vendidit et omnino quitavit, dimittens insuper dicto abbati homagium  
quod heres prescripte hereditatis eidem abbati tenebatur facere, quo-  
tiens ad eamdem hereditatem accessum habebat. Constituti etiam

coram nobis dicta M., mater memorati B.; et Beatrix, soror ejus, et H. maritus ejusdem, hanc quitationem et vendicionem a dicto B. sepefatis abbatii et monachis factam et predicti homagii dimissionem laudaverunt, etc... In cuius rei memoriam et munimen supradicta omnia litteris commendamus et sigillo curie Carnotensis in perpetuum confirmamus. Actum anno gratie M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XX<sup>o</sup> quarto, mense novembri.

Mss. 5418 (Gaignières), f. 53. — MSS. 10103, p. 63, n<sup>o</sup> 162, sans l'indication du mois.

### CCCCV

Janvier 1224 (N. S. 1225.)

Don par Bérenger de Champhol, prêtre, de toutes les maisons qu'il avait près de Saint-André, et d'une terre sise à Gatelles.

*De domibus magistri Berengarii apud Muretum sitis.*

Magister Robertus de Cuneo-Muni, canonicus Carnotensis, officialis domini episcopi, universis tam presentibus quam futuris, presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod magister Berengarius de Campo-Fauni, sacerdos, in nostra presentia constitutus dedit et concessit ecclesie Beate-Marie de Josaphat Carnotensi omnes domos suas, quas habebat apud Sanctum-Andream sitas<sup>1</sup>,

<sup>1</sup> L'abbaye possédait plusieurs autres maisons près de Saint-André. En 1459, Pierre Jamblon donnait une maison dans la rue « qui va de la porte Drouaise à l'église Saint-André, joignant d'un costé à l'hostel où est le pressoir de Josaphat ». En 1617, Marie Piet, veuve Jean Larsonneur, donna deux maisons, l'une à Chartres, rue Saint-André, l'autre à Lèves (A. D. H. 2045). En 1442, Colin du Perron et Michelle sa femme donnèrent une maison, rue du Muret. Faut-il la confondre avec la maison dite du Perron que des baux des XVII<sup>e</sup> et XVIII<sup>e</sup> siècles disent située rue Notre-Dame de La Brèche ? Celle-ci était certainement distincte de la maison dite La Salle de Josaphat, sise rue Muret, près la porte Drouaise. Un procès-verbal de visite de 1665 le prouve : « J'ay descendu, dit Fabien Butreux, prieur de Josaphat, dans la cave de la Salle de Josaphat. Il n'i a qu'une grande cave qui est soubz le jardin des religieux : la grande descente de la cave est du côté du Peron de Josaphat et donne dans la cour, laquelle estoit la basse-cour où estoit l'escurye et par où on apportoit les provisions et on descendoit le vin dans la cave. Il y a encore une descente au bout de la cave vers la salle de Josaphat, par où, de la soupente, on allait tirer le vin journellement (H. 2051). » Enfin, l'abbaye avait des rentes sur des maisons rue Muret, rue Notre-Dame de la Brèche, et rue du Cœur-Royal.

quas de suo proprio acquisierat et edificaverat cum omni porprisia, pro anniversario suo et patris et matris sue in dicta ecclesia faciendo... excepto uno thalamo, a parte Sancti-Andree ultimo, quem jamdudum Marie Druion donaverat. Insuper idem Berengarius dedit monachis predicte ecclesie terram quam habebat apud Gastellas. Supradicta omnia litteris commendavi et sigillo curie Carnotensis in perpetuum confirmamus. Actum anno gracie M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XX<sup>o</sup> quarto, mense januario.

*Archives d'Eure-et-Loir, H. 2044, original en parchemin, muni d'un cordonnet de fil blanc et rouge.*

## CCCCVI

Janvier 1224 (N. S. 1225.)

Don par Raoul de Saulnières, doyen de Brou, de plusieurs terres et de maisons à Hardessé, Orlu, Cogné, Afflainville, Boncé, Lucé et à Chartres, près Saint-Jean en Vallée, à charge d'une messe par jour dans la chapelle des infirmes.

*Eleemosina Radulfi de Salneriis decani de Braioto.*

Galterus, divina miseratione Carnotensis ecclesie minister humilis, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Radulfus de Salneriis, decanus de Braioto, in presentia nostra constitutus, ob salutem et remedium anime sue et antecessorum suorum et eorum a quibus beneficia recepit, dedit et in propriam et perpetuam elemosinam habenda et possidenda concessit, monachis Beate-Marie de Josaphat Carnotensi ea que extra hereditatem de suo proprio adquisivit, videlicet terram apud Hardete, in parrochia de Orleio sitam circa v<sup>e</sup> modios seminis cum duobus hebergamentis : apud Orelium, terram circa iii<sup>rr</sup> modios seminis ; cum uno hebergamento ; apud Coignegium terram circa decem et octo sextaria seminis ; apud Afflainvillam terram circa octo sextaria seminis ; apud Ponceium terram circa unum modium seminis cum uno hebergamento ; Carnoti, apud Valeiam, quandam domum petrinam quam

emit a Columba muliere, sicud est, cum duobus cellariis et cum quinque domibus ligneis; prope portam lapideam de Valeia, quinque domos alias cum vinea retro sita et plateam quandam que est prope domum que fuit G. de Sesbona<sup>1</sup>, militis, et domum Berthe de Nemore, uxoris sue, sicud est cum viridario. Apud Luceium, iiiii<sup>r</sup> arpentos terre et domum quandam apud Sanctum-Mauritium sitam, quam Hugo Tauri modo tenet. Hec autem omnia prefatus Radulphus specialiter contulit ut in proprios usus infirmorum vel communis coquine de Josaphat, quando infirmi defuerint, expendantur. Ipsi autem monachi pro tot et tantis beneficiis prefato Radulfo remanere nolentes ingrati, concesserunt ei quod apud ipsos, in capella infirmorum, singulis diebus, missa pro defunctis, cum officio et commendatione, specialiter pro ipso Radulpho et omnibus supradictis perpetuo celebretur<sup>2</sup>, exceptis diebus solempnibus in quibus misse ad illos dies pertinentes in dicta capella celerabuntur, et post primam collectionem ad ipsum diem pertinentem dicetur oratio pro defunctis, celebrataque missa, sacerdos dicet introitum mortuorum, officio cum commendatione nichilominus persoluto. Concesserunt insuper eidem Radulfo prefati monachi quod si aliquid eorum que eis contulit ad instar dominorum vendi oporteret, ipsi pretium illius venditionis in alios redditus emendos mitterent in supradictis usibus expendendos. Ut autem hec supradicti Radulfi elemosina de prescriptis omnibus sepefatis monachis facta, eisdem monachis rata et inconcussa permaneat, ad petitionem ipsius Radulfi, eamdem elemosinam presenti pagine commendamus et sigilli nostri impressione in perpetuum confirmamus. Actum anno gratie M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XX<sup>o</sup>III<sup>o</sup>, mense januario.

*Archives départementales d'Eure-et-Loir*, H. 2130, parchemin.

Mss. 10103, p. 55, n<sup>o</sup> 131. — MSS. 5418 (Gaignières) f. 88.

<sup>1</sup> Gaufridi de Serbona (*Archives*). — Gaufridi de Senone (Gaignières).

<sup>2</sup> L'acte rédigé directement par Raoul de Saulnières, un peu moins explicite en certains passages, donne celui-ci en ces termes : « pro me et patre meo et matre mea et antecessoribus meis et hiis a quibus beneficia recepi, omnibusque fidelibus defunctis perpetuo celebretur. » (*Archives départementales*, H. 2130. — MSS. 5418 (Gaignières), f. 88.)

## CCCCVII

Mars 1224, N.-S. 1225.

Confirmation par Pierre de Bellanvilliers de ce que les religieux de Fossart possèdent à la Jarrerie.

Ego Petrus de Belenvilari<sup>1</sup> omnibus notum facio quod cum ego et Willelmus, frater meus, concederemus monachis de Josaphat, apud Fossart commorantibus, elemosinas quas in territorio Jarrei pater noster Ivo et Odo Theaudi, noster avunculus, contulerant eisdem monachis, licet easdem elemosinas dicti monachi per triginta annos vel amplius quiete tenuissent, tandem cognita rei veritate et habito bonorum virorum consilio contradictiones et omnes calumnias omnino dimisimus ; et quicquid in eadem elemosina reclamabamus dictis monachis omnino quietavimus. Præterea tres solidos annui census, quos dicti monachi nobis etiam reddebant, eisdem imperpetuum donavimus. Et ut hæc omnia quiete et pacifice et sine contradictione alicujus in perpetuam elemosinam possiderent, concedentibus uxoribus nostris Erenburgi et altera Erenburgi, sacramento prestito, bona fide promisimus quod contra quitationem istam et concessionem de cætero non veniemus, nec dictos monachos supra dictis elemosinis per se nec per alios molestabimus nec molestari permittemus. Dicti vero monachi de sua caritate quatuor libras et quinque solidos Turonenses nobis benigne contulerunt. Ego vero Petrus ut primogenitus dictas elemosinas cum expensis monachorum garantizare teneor et præsentes litteras scribi feci et sigilli mei caractere communiri. Actum anno gratiæ MCCXXIV, mense martii. Ego vero Petrus de Riparia miles, de quo tenet prædictus Petrus de Belenvilari feodum suum, ad petitionem

<sup>1</sup> L'inventaire de 1752, traduit *Bellenvilare* par *Beauvillier* (H. 2167, p. 379), l'inventaire imprimé des Archives d'Eure-et-Loir, par *Bellanvilliers*.

ejusdem Petri et monachorum in testimonium prædictorum sigillum  
meum apposui<sup>1</sup>.

*Archives d'Eure-et-Loir*, H. 2195, copie en papier.

### CCCCVIII

Mars 1224, N.-S. 1225.

Accord entre Josaphat et Raignauld, maire du Tronchay, au sujet d'une terre de  
Saint-Arnoult vendue par Philippe d'Ozée.

*Concordia facta inter nos et Raginaldum, majorem de Troncheio, super  
terra sita apud Sanctum-Arnulphum.*

Magister Robertus de Cuneo-Muri, canonicus Carnotensis et offi-  
cialis domini episcopi, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem  
in Domino. Noverit universitas vestra quod cum inter abbatem et  
monachos de Josaphat Carnotensi, ex una parte, et Raginaldum, majo-  
rem de Troncheto, militem, ex altera, coram nobis verteretur contentio  
super quadam terra apud Sanctum-Arnulphum juxta terras dictorum  
abbatis et monachorum sita, quam Philippus de Hosia eisdem mona-  
chis pro precio quindecim librarum Carnotensis monete vendiderat,  
tandem prefatus Raginaldus, coram nobis constitutus, dictam conten-  
tionem penitus dimittens, totum jus, si quod in dicta terra habebat vel  
habere poterat prefatis monachis omnino quittavit, fide prestita corporali... litteras istas dedimus munimine sigilli Carnotensis curie in  
perpetuum roboratas. Actum anno gratie millesimo ducentesimo  
vicesimo quarto, mense marcio.

*Archives d'Eure-et-Loir*, H. 2117, original en parchemin. — Mss. 10103, p. 64,  
n. 165. — Mss 5418 (Gaignières) f. 84. — *Bibliothèque de Chartres*, mss.  
1310, f. 198 v°.

<sup>1</sup> Garin, doyen de Brezolles, scelle de son sceau un autre acte qui reproduit presque dans  
les mêmes termes, sinon dans le même ordre, les clauses de cet acte. *Archives d'Eure-et-Loir*,  
ibidem.

## CCCCIX

Mars 1224, N.-S. 1225.

Abandon par les religieux de Josaphat à Raoul de Saulnières, doyen de Brou, de la jouissance des biens qu'il a donnés à l'abbaye, sa vie durant, de la jouissance de cinq maisons près la porte Saint-Jean à une femme nommée Marguerite et de la terre de Lucé à son cousin Raignaud.

*Excambium factum inter nos et decanum de Braioto super dono  
eiusdem decani.*

## CIRROGRAPHUM

Universis tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis, frater Garinus, humilis abbas, et conventus Beate-Marie de Josaphat Carnotensi, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum karissimus noster in Xristo Radulfus de Salneriis, decanus de Braioto, ecclesie nostre specialis benefactor, in puram et perpetuam elemosinam concessisset nobis habenda et possidenda ea que extra hereditatem de suo proprio acquisierat, videlicet terram apud Hardece cum duobus herbergamentis; apud Orleum terram cum uno herbergamento et terras apud Coigneum et apud Afflainvillam sitas; apud Ponceum terram cum uno herbergamento; Carnoti apud Valeiam quamdam domum petrinam, sicut est, cum duobus celariis et cum quinque domibus ligneis; prope portam lapideam de Valeia, quinque domos cum vinea, retro sita, et plateam que est juxta domum que fuit Gaufridi Senonensis militis; apud Luceium quatuor arpenta terre; domum etiam quamdam apud Sanctum-Mauritium sitam; nos de communi assensu, predictas terras de Hardece, de Orleio, de Coigneio, de Afflainvilla, de Ponceio et herbergamenta cum dicta domo de Sancto-Mauritio et cum domo petrina de Valeia, sicut est, cum predictis duobus cellariis et quinque domibus ligneis, prefato decano quamdiu vixerit habenda et possidenda concedimus, post decessum ipsius et omnibus meliorationibus ab eodem decano in supradictis terris, herbergamentis et domibus factis ad nos

sine alicujus contradictione quiete et pacifice devolvenda. Ipse autem decanus pro recognitione predictarum terrarum, herbergamentorum atque domorum, unum modium bladi et decem solidos Carnotenses nobis in festo sancti Remigii solvere tenebitur annuatim. Ad petitionem etiam ejusdem decani concessimus dictas quinque domos, prope portam lapideam de Valeia sitas, cum vinea Margarite mulieri quandiu vixerit possidendas, ita quod ipsa, pro recognitione domorum illarum et vinee, in dicto festo apud Josaphat quinque solidos Carnotenses annis singulis nobis persolvet. Concessimus insuper ad preces supradicti decani Raginaldo cognato ipsius predicta quatuor arpenta de Luceio, et Giloni presbitero plateam supradictam quamdiu vixerit possidenda, ita quo ipsi Raginaldus videlicet pro quatuor arpensis, Gilo vero pro platea annuatim in festo beati Remigii apud Josaphat singuli quinque solidos pro recognitione rerum predictarum, scilicet arpentorum et platee, nobis solvere tenebuntur. In cuius rei memoriam presentes litteras sepedicto decano dedimus, sigillis nostris sigillatas, et idem decanus suas nobis dedit in testimonium et munimen omnium predicatorum sigilli sui munimine roboratas. Actum anno gracie millesimo ducentesimo vicesimo quarto, mense marcio<sup>1</sup>.

*Archives d'Eure-et-Loir*, H. 2130. Original en parchemin, les deux sceaux, perdus. — *Mss. 5418 (Gaignières)*, f. 88, il écrit *Girardus*, au lieu de *Garinus*.

## CCCCX

Mars 1224, N.-S. 1225.

Remise par Geoffroy de Lange et son frère Guillaume à Josaphat des cens qu'ils percevaient sur leurs terres du Saint-Arnoult et de Poisvillers, pour le prix de 16 livres 5 sols.

*Confirmatio venditionis census facte apud Sanctum-Arnulfum.*

Ego Matheus de Sancto-Briccio, miles, universis tam presentibus quam futuris presentes licteras inspecturis, notum facio quod ego

<sup>1</sup> L'autre partie de Cirographe se trouve également aux archives départementales, il est rédigé au nom de Raoul, doyen de Brou.

venditionem quam karissimi avunculi mei Gaufridus de Lange et Guillélmus, frater ejus, milites, fecerunt monachis Beate-Marie de Josaphat Carnotensi, volente et concedente Matheo primogenito filio dicti Gaufridi, super toto censu quem prefati monachi de vineis, terris et aliis possessionibus suis apud Vallem-Arnulphi et alibi sitis, dictis Gaufrido et Guillelmo annuatim reddere tenebantur, et super toto censu quem ipsi Gaufredus et Guillélmus apud Piativillare<sup>1</sup> habebant, tam in terris quam in aliis possessionibus, cum omni jure et dominio ad predictos censu pertinente, pro pretio sexdecim librarum et quinque solidorum Carnotensis monete, quia ipsi milites dictos census a me tenebant, laudo, approbo et concedo et fide prestita corporali, in manu officialis domini episcopi Carnotensis, ad petitionem dictorum militum, istam venditionem prefatis monachis contra omnes qui super eadem venditione dictos monachos vellent molestare, pro posse meo bona fide, sicut justum fuerit, teneor garantizare. In cuius rei testimonium et munimen ad petitionem dictorum avunculorum meorum et Mathei, consanguinei mei, prefatis monachis licteras istas dedi sigilli mei minime roboratas. Actum anno gratie millesimo ducenasimo vicesimo quarto, mense martio<sup>2</sup>.

Mss. 10103, p. 122, n° 46.—Mss. 5418 (Gaignières), f. 74, avec le dessin du sceau armorié d'un écusson chargé d'un lion, debout, à la bordure semée de huit croisettes en orle.

<sup>1</sup> En 1512, Gervais Tigrin, prestre chapelain, desservant l'église parroischial de Poisvillier, donnait à l'abbaye de Josaphat les terres qu'il avait acquises dans ladite paroisse de 1486 à 1501. D'après les baux (1613-1754) ces terres contenaient 13 setiers et 1 mine. (*Arch. Départ. H. 2110, 2111.*)

<sup>2</sup> La charte donnée au nom de Geoffroy de Lange fut passée par devant : « Magister Robertus de Cuneo-Muri, officialis domini episcopi », à la même date. (Mss. 10103, p. 62, N° 161).

## CCCCXI

Avril 1225.

Don par Simon, seigneur de Montsurs, et Galeran du Breui, d'une terre au prieuré de Concervan.

Universis tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis, Symon, dominus Montissecuri, et Galerannus de Bruolio, salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos concessisse monachis Beati Laurentii de Cornucervino quod ipsi habeant et in perpetuum quiete et pacifice possideant quamdam terram terris suis contiguam, que fuit Tiboudi de Guitrencort de Fonte cognominati, retenta nobis portione nostra de campiparte ejusdem terre, sicut eam tempore dicti Tiboudi percipere solebamus. In cuius rei memoriam et munimen, ad petitionem dicti Tiboudi, predictis monachis litteras istas dedimus sigillorum nostrorum impressionibus roboratas. Actum anno gratie millesimo ducentesimo vecesimo quinto, mense aprilii.

*Archives d'Eure-et-Loir, H. 2212, original autrefois scellé de deux sceaux.  
Mss. 5418 (Gaignières), p. 105.*

## CCCCXII

Mai 1225.

Don par Mathieu de Bailleau à Josaphat d'une terre à Saint-Piat.

*Donatio cujusdam decime apud Sanctum-Piatum*

Ego Matheus de Ballolio, miles, universis tam presentibus quam futuris, presentes licteras inspecturis, notum facio quod ego contentionem quam habebam contra monachos Beate-Marie de Josaphat Carnotensi, super decima cujusdam bovete terre, in parrochia de Sancto Piatu site, quam colunt Hildearius, major de Chartainvile<sup>1</sup>, et Lauren-

<sup>1</sup> Alias: *Chartainvilla*.

tius Clarel, cognita reiveritate per inquisitionem a venerabilibus viris, magistro Gilleberto presbitero de Sancto-Piato, Symone de Husso, legitime factam, volentibus et concedentibus uxore mea Eremburge, liberis nostris, mediante Hugone de Remenonville, milite, prefatis monachis omnino dimisi ..... licteras istas dedi, sigilli mei munimine roboratas. Actum anno gratie millesimo ducentesimo vicesimo quinto, mense maio<sup>1</sup>.

Mss. 9223, n° 58, original en parchemin muni d'une double queue en parchemin. — MSS. 10103, p. 120, n° 44. — MSS. 5418 (Gaignières), f. 86.

### CCCCXIII

Octobre 1225.

Don par Jean, seigneur de Montigny-le-Gannelon, à Josaphat, de 10 sous de rente sur la censive de Montigny pour son anniversaire.

*De decem solidis annui redditus apud Montigniacum*

Ego Johannes, Montigniaci dominus, universis tam presentibus quam futuris presentes licteras inspecturis, notum facio quod pro amore Dei et remedio anime mee et parentum meorum salute, laudante et concedente Matilde, uxore mea, cum omnibus liberis nostris, monachis Beate-Marie de Josaphat Carnotensi dedi et concessi decem solidos monete currentis per patriam Dunensem, in consuetudinibus vel in censibus meis apud Montigniacum; in festo beati Dyonisii singulis annis in perpetuum habendos et possidendos ; me autem defuncto, predicti monachi anniversarium meum perpetuo facient annuatim et ne ista oblivione deleri vel a successoribus meis possit aliquo modo infirmari, licteris commendavi et sigilli mei munimine roboravi. Datum anno Domini M° CC° vicesimo quinto, mense octobri.

MSS. 10103, f. 90, n° 16.

<sup>1</sup> Le mss. 9223, f. 59 contient l'original en parchemin de la confirmation de cet acte par l'évêque de Chartres : « Galterus, divina miseratione Carnotensis ecclesie minister humilis. » Même date. Voir également MSS. 10103, p. 55, n° 130.

## CCCCXIV

Octobre 1225.

Echange entre Goslein de Lèves et Josaphat d'une terre et de six deniers de cens, pour une même somme de six deniers que les religieux devaient pour la courtille d'Etienne Eschalart.

*Commutatio cum Gosleno de Leugis.*

Ego Goslenus, dominus Leugarum, omnibus presentes licteras inspecturis notum facio, quod ego monachis Beate-Marie de Josaphat, in commutationem terre domus sue de Castenerio, quam aqua stagni mei superioris apud Gasturam de novo constructi occupare videtur et sex denariorum annui census que Johanna de Leugis prefatis monachis pro quadam cortilia reddere solebat, dimictu sex denarios censuales quos iidem monachi pro cortillia Stephani Eschalart michi vel heredibus meis annuatim reddere tenebantur. Quod ut ratum et firmum permaneat et ne a successoribus meis prefati monachi super hoc de cetero possint in aliquo molestari, laudante et concedente filio meo Thoma, sepedictis monachis presentes licteras dedi, sigilli mei munimine roboratas. Actum anno gratie millesimo ducentesimo vicesimo quinto, mense octobri.

Mss. 10103 f. 107, n° 33.

## CCCCXV.

1225.

Désistement de Geoffroy Cheron de Saint-Piat de ses prétendus droits sur la dîme des terres et des vignes de Saint-Piat.

*De decima a Gaufrido Cheron de Sancto-Piato resignato.*

Magister Galterus, officialis curie Carnotensis, omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod cum inter abbatem et monachis Beate-Marie de Josaphat Carnotensi,

ex una parte, et Gaufridum Cheron de Sancto-Piato et Germundum filium ejus, ex altera, verteretur contentio super decima terrarum et vinearum, in parrochia de Sancto-Piato sitarum, quas dictus G. à Raginaldo de Husso, milite, feodaliter tenebat, tandem dictus Gaufridus et Germundus filius ejus in presentia nostra constituti, de consilio bonorum vivorum, dictam contentionem prefatis abbatii et monachis omnino dimiserunt, fide corporali prestita in manu nostra firmiter promittentes quod prefatos abbatem et monachos, super predictam decimam, nec per se nec per alios aliquo modo de cetero molestabunt. In cuius rei memoriam et munimen, ad petitionem predicti Gaufridi et Germundi filii ejus, sepelietis abbatii et monachis litteras istas dedimus, sigilli curie Carnotensis impressione in perpetuum roboratas. Datum anno Domini M° CC° XX° V°.

Mss. 9223, n° 61, original en parchemin muni d'une double queue en parchemin. — Mss. 10103, f. 63, n° 164.

#### CCCCXVI.

Février 1225 (N. S. 1226).

Désistement de Girard de Champhol et de sa sœur Marie de leurs réclamations sur les maisons de Saint-André.

Hugo, decanus Carnotensis — cum inter abbatem et monachos Beate-Marie de Josaphat et Girardum de Champfou, cognomento pressorarium, et Mariam sororem ejus, ex altera, verteretur contentio super domibus sitis Carnoti apud Sanctum-Andream, quas magister Berengarius de Champfou, presbiter, frater dictorum Girardi et Marie, de suo proprio extra hereditatem acquisierat et in elemosinam eis donaverat, tandem dictus Girardus, cum filio suo Godescallo, et prefata Maria cum viro suo Heriberto et Gasthone filio eorum, dimiserunt MCCXXV, mense februario.

Mss. 5418 (Gaignières), p. 61.

## CCCCXVII.

Février 1225 (N. S. 1226).

Cession par Reine du Mesnil-Simon de son douaire sur les rentes données par son défunt mari, Miles de Mesnil-Simon, à Josaphat.

Universis — Thomas Pissiacensis archidiaconus — cum defunctus Milo de Mesnilio-Symonis, miles, in perpetuam elemosinam dedisset monachis de Josaphat, xx solidos Parisiensium annui census, videlicet x solidos in xxx solidis Parisiensium annui census, quos Stephanus de Borrianvilla eidem Miloni reddere consueverat, — duos, quos prior de Felins, octo, quos Johannes de Millereus..., et Regina de Mesnilio-Symonis, reicta prefati Milonis, in dictis xx solidis dotalicium reclamaret, et super hoc inter Reginam et dictos monachos verteretur contentio, tandem ipsa Reginam dimisit et quidquid reclamabat quiccatavit — MCCXXV, mense februario.

Mss. 9223, n° 60, original en parchemin, avec double queue en parchemin.  
— MSS. 5418 (Gaignières), p. 85.

## CCCCXVIII.

Avril 1226.

Approbation par Amaury de Montfort de la donation de son père Symon de Montfort, de 20 sols parisise de rente pour son anniversaire.

*De XX<sup>ii</sup> solidis Parisiensium annui redditus apud Gambes.*

Ego Amauricus, dominus Montisfortis, omnibus presentes litteras inspecturis notum facio quod elemosinam, quam bone memorie karissimus pater meus Symon, nobilis dominus Montisforti, fecit ecclesie Beate-Marie de Josaphat Carnotensi, pro anniversario suo in eadam ecclesia celebrando, super viginti solidis Parisiensium, ad festum sancti Remigii et in prepositura de Gambes annuatim percipiendis, monachis

supradicte ecclesie quiete et libere habendam et possidendum concedo. Et ne à successoribus meis, prefati monachi super eadem elemosina in posterum infestari possint aut perturbari, ipsam elemosinam presentibus litteris commendo et sigilli mei impressione in perpetuum confirmo. Actum anno gratie M° CC° vicesimo sexto<sup>1</sup>, mense aprili.

Mss. 10103, p. 83, n° 6 : au bas de cette même page est écrit à l'ocre rouge :  
 « Mater Dei, memento mei Alma Redemptoris ».

## CCCCXIX

Avril 1226

Don par Raimbaud Craton, chanoine de Chartres, d'un arpent de terre à Chantereine, à charge d'une rente de six deniers de cens.

Omnibus tam futuris quam presentibus, ad quos littere iste perverterint, Raimbaudus Craton, canonicus Carnotensis, eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod ego ob salutem et remedium anime mee dedi et in puram et perpetuam elemosinam habendum et possidendum concessi, monachis Beate-Marie de Josaphat Carnotensi, unum arpentum terre in hereditate mea de Cantarana, juxta viam que dicit a domo Galterii de la Ronce versus domum domini Otonis de Alona, a parte sinistra ejusdem vie situm, laudantibus et concedentibus Katerina, nepte mea, et Goherio, milite, marito ipsius, ad quorum feodium dicta terra pertinet, et Philippo primogenito filio suo cum aliis liberis eorumdem. Prefati vero monachi pro predicto terre arpento, quod ipsi monachi a tallia, redibitione vel omni exactione aliqua liberam et quitam possidebant, mihi vel successoribus meis in dicta hereditate mea sex denarios censuales in nativitate beati Johannis-Baptiste annuatim persolvent. Ut autem hec mea elemosina sepedictis mona-

<sup>1</sup> L'inventaire de 1752 mentionne une : « Lettre de l'official de Chartres qui atteste que Marie Tassalu a donné aux religieux de Josaphat un arpent et un quartier de vigne au terroir de Goguen. (Arch. dép. H. 2167, p. 208.) »

chis rata et inconcussa permaneat, eisdem monachis litteras istas dedi sigilli mei impressione ad majorem firmitatem in perpetuum, roboratas. Datum anno gratie millesimo ducentesimo vicesimo sexto<sup>1</sup>, mense aprilii.

*Archives départementales d'Eure-et-Loir. H. 2114, original en parchemin avec 2 queues en parchemin.—Mss. 5418 (Gaignières), f. 69 avec le dessin du sceau, sur lequel dans un oval est gravé un lion. Légende : † SECRETVM. REMBALDI. CRATON.*

## CCCCXX

Mai 1226.

Don par Gaston des Essarts, au prieuré de Concervan, de trois setiers de blé en mémoire de son père, Pierre des Essarts, inhumé dans cette église.

Ego Gatho de Essartis, miles, omnibus, tam futuris quam presentibus, ad quos littere iste pervenerint, notum facio quod in puram et perpetuam elemosinam dono ecclesie Sancti-Laurentii de Cornucervino, pro anima karissimi patris mei Petri de Essartis, militis, defuncti, in dicta ecclesia sepulti, tria sextaria bladi, volentibus et concedentibus karissima uxore mea et liberis nostris infra octabas beati Remigii a me et ab heredibus meis post me ecclesie prenotate, sine contradictione vel dilatione aliqua, annuatim persolvenda. Et ne monachi predice ecclesie a nobis vel a successoribus nostris super ista elemosina possint de cetero in aliquo molestari aut perturbari, tam pro me quam pro dicta conjuge mea et liberis meis, eamdem elemosinam presentibus litteris commendo et sigilli mei impressione ad majorem

<sup>1</sup> La même année 1226, au mois de mai, cette donation fut pleinement approuvée par Gohier d'Aunay : « Ego Goherius de Alneto, miles, et Saturnina uxor mea et primogenitus filius noster Philippus, cum aliis liberis nostris... elemosinam quam venerabilis vir karissimus avunculus noster, Raimbaudus Craton, canonicus Carnotensis fecit... laudamus, etc. Anno MCCXXVI, mense maio. » (*Arch. départ. H. 2114, original en parchemin. —Mss. 10103, f. 109, n° 35. —Mss. 5418 (Gaignières), f. 69, avec le dessin du sceau, armorié d'un écu, chargé de 3 mains tournées en bas. Légende : † SIGILLVM. GVNHERII. DE. ALNETO.*)

firmitatem in perpetuum confirmo. Actum anno gratie millesimo  
ducentesimo vicesimo sexto, mense maio.

*Archives d'Eure-et-Loir*, H. 2215, original parchemin avec une double queue  
en parchemin. — *Mss. 5418 (Gaignières)*, f. 105.

## CCCCXXI

1226.

Lettre de Thomas, archidiacre, par laquelle il atteste que Goslenus, seigneur de Davron, du consentement des religieux de Josaphat, a donné à perpétuité à Hugues du Bosc et à ses héritiers la place du moulin de Chantepie, dépendante dudit Davron, à la charge par le preneur de rebatir ledit moulin et de payer annuellement audit prieur dix setiers du meilleur blé qu'il moudra audit moulin, mesure de Poissy, au terme de Toussaint. Et en cas que ledit moulin dépérisse, ou ne peut suffire audit payement, ledit preneur payera ladite redevance sur la grange.

*Archives d'Eure-et-Loir*. H. 2167, p. 313.

## CCCCXXII

Mai 1226.

Approbation par le vidame Geoffroy de Meslay du legs d'Helisende, dame de Tachainville, aïeule de sa femme.

*Concessio Gaufridi de Mellaio, militis, super elemosina Helisendis  
de Tachenvilla.*

Ego Gaufridus de Mellaio, vicedominus Carnotensis, omnibus presentes litteras inspecturis, notum facio quod elemosinam quam bone memorie Helissendis, domina de Tachenvilla, amita karissime conjugis mee Helissendis, monachis Beate-Marie de Josaphat Carnotensi, pro remedio anime sue, in extrema voluntate sua legavit, scilicet unum modium bladi et alterum avene, in campiparte de Gener-villa<sup>1</sup> annuatim capiendos, volente et concedente prefata uxore mea

<sup>1</sup> La seigneurie de Generville, paroisse de Sours. En 1751, les détenteurs des terres relevant de cette seigneurie en firent déclaration à l'abbé, parmi lesquels nous citerons Jean Antoine Carpentier, seigneur de Senneville ; Etienne François Juteau, officier à Saint-Domin-

Helissende, laudo et approbo et concedo. Et quare ista elemosina de meo feodo est, ad petitionem Johannis de Fresneuse, militis, fidelis mei, ad quem hereditas dicte Helissendis jure hereditario devenerat, et predicte conjugis mee, ipsam predictis monachis me bona fide garantizaturum promicto, eam denique presentibus litteris commendo et sigillo meo in perpetuum confirmo. Actum anno gratie M° CC<sup>o</sup> vicesimo sexto, mense maio.

Mss. 10103, p. 85, n° 9. — MSS. 5418 (Gaignières), f. 61 avec le dessin du sceau en cire verte sur cordon plat, vert et blanc, représentant un cavalier galopant à gauche, l'épée levée à la main droite, et à la gauche un bouclier armorié de deux fasces à l'orle de 8 merlettes. Légende : † S' GAVFRIDI. DE. MELLEIO. VICEDÑI. CARNOTEN'.

## CCCCXXIII

Mai 1226.

Approbation par Geoffroy de Meslay, vidame, et sa femme Hélisende, du don fait par le vidame Jean d'un demi-muid de blé sur sa grange de Génerville, auquel ils ajoutent eux-même un autre demi-muid.

*De uno semimodio annone quod dedit nobis Johannes vicedominus in granchia sua de Generville. Item de altero semimodio annone ex dono Caufredi de Mellaio militis et uxoris ejus Helissendis.*

Ego Gaufridus de Mellaio, vicedominus Carnotensis, et Helissendis, uxor mea, omnibus presentes litteras inspecturis notum facimus quod nos elemosinam quam bone memorie Johannes, quondam vicedominus Carnotensis, fecit monachis Beate-Marie de Josaphat Carnotensi, pro anima fratris sui Roberti et sua, volentibus, concedentibus Guillelmo, fratre suo, et sororibus suis Isabella et Helissende, super semimodio annone in granchia sua de Generville, de guagnagio suo, sine

que; François de la Flèche, chanoine de Chartres; Catherine Françoise Lubriat, veuve de Michel Boileau, avocat; Charles Joseph de Sailly, seigneur de Theuvy; et en 1619-1622, Jacques de Thères, procureur au siège présidial de Chartres; Charles de Saint-Cheron, seigneur dudit lieu; Michel de Ganeau, élu à Chartres, etc. (Arch. dép., H. 2096, 2097).

aliqua contradictione vel dilacione annuatim capiendo, volentibus et concedentibus liberis nostris, laudamus, approbamus et concedimus. Preterea nos et liberi nostri, spiritualium honorum que in monasterio de Josaphat flunt perpetuam participationem habere volentes, ob salutem et remedium animarum nostrarum, dedimus prefatis monachis alterum semimodium annone in predicta granchia et gaagnagio nostro de Generville, infra octabam nativitatis beate Marie virginis, sine aliqua contradictione vel dilatione cum semimodio prenotato annuatim quiete et libere capiendum. Et ne prefati monachi a nobis vel nostris successoribus super hiis possint aliquo modo de cetero molestari vel perturbari, presentes litteras eisdem monachis dedimus, quas ego Gaufridus, tam pro me quam pro uxore mea predicta, de cuius hereditate hec supradicta movent, et pro liberis nostris, ad petitionem ipsorum sigilli mei impressione roboravi. Actum anno gratie M° CC° vicesimo sexto, mense maio<sup>1</sup>.

Mss. 10103, p. 86, n° 16. — MSS. 5418 (Gaignières), f. 95.

#### CCCCXXIV

Février 1226, N. S. 1227.

Confirmation par Hugues de Meslay, du don d'un demi-muid de blé sur le bois de Lèves qu'il avait fait au moment de son départ contre les Albigeois.

*De semimodio bladi anni redditus quod Hugo de Mellaio miles dedit pro se et pro Mabilia vicemodina, uxore sua, apud nemus Leugarum capiendo.*

Ego Hugo de Mellaio, miles, omnibus presentes litteras inspecturis notum facio quod elemosinam semimodii bladi, in gaagnagio meo de nemore Leugarum, in hereditate karissime conjugis mee Mabilie defuncte, quondam vicemodine Carnotensis, annuatim percipiendi, quam feci monachis Beate-Marie de Josaphat profecturus contra Albi-

<sup>1</sup> Les mêmes manuscrits, 10103, p. 5, n° 26 et Gaignères, f. 61, contiennent la confirmation de l'évêque de Chartres, Gautier, sous la même date, et presque dans les mêmes termes.

genses, presentibus in capitulo ejusdem loci reverendo domino et patre Galtero, Carnotensi episcopo, et karissimis meis Gosleno, domino Leugarum<sup>1</sup>, Gaufrido, vicedomino Carnotensi, fratre meo, et Roberto de Tachemvilla, genero meo, in extrema voluntate mea positus et pro anniversario meo et dictae conjugis mee in prefata ecclesia de Josaphat annuatim faciendo, volente et concedente primogenito filio meo Gaufrido, ut supradictum est, annuatim percipiendam et pacifice possiden-dam eisdem monachis iterum concedo, facio et presentibus litteris commendo, quas in memoriam et munimen presatis monachis dedi, ne a successoribus meis supra predicta elemosina possint aliquo modo de cetero perturbari vel molestari, sigilli mei impressione in perpetuum rorobatas. Actum anno gratie millesimo ducentesimo vicesimo sexto, mense februario.

*Arch. départ., H. 2021, original en parchemin. — MSS. 10103, p. 85, n° 9.*  
*MSS. 5418 (Gaignières), f. 72, avec le dessin du sceau qui est équestre, le cavalier tourné à gauche, l'épée haute à la main droite, tenant de la main gauche un bouclier armorié au franc canton senestre, et à l'orle de merlettes. Légende: S'. HVGONIS. D E. MELLEIO. Le contre sceau armorié de même.*

## CCCCXXV

Juin 1227.

Abandon par Mathieu de Ues, avec l'approbation de ses frères Guillaume et Philippe, au prieuré de Cornouillette, de la dîme de Ues, à charge d'accorder à son père Simon, le privilège de l'association spirituelle et d'inscrire son nom sur le martyrologue.

Ego Matheus de Ues, domicellus, notum facio omnibus presentes litteras inspecturis, quod cum querela verteretur inter me et fratres meos Willelmum, militem, et Philipum, ex altera parte, et priores et

<sup>1</sup> La note suivante intéresse la descendance de la famille de Lèves : « 1228. — Un certain *Duard de Gressu* et Martin, son fils, vendent la dîme qu'ils avoient à Orrouer pour le prix de 60 sols «*sub titulo pignoris* », ce que Goslenus de Lèves, comme seigneur du fief, a confirmé, et en l'an 1314, Adrien de Binieres, sieur de la Gastine, le confirme aussi, d'autant qu'il estoit des descendans de Goslenus de Lèves. » (A. D. — H. 1983.)

monachos de Cornelio, ex altera, super herbergagiones<sup>1</sup> decimæ de Ues, quæ prædicti monachi habent apud Ues, in qua dicebant debere hab..... in terra nostra jure hereditario; tandem consilio virorum prudentium, ad concordiam devenit, ita quod nos quittavimus predictis monachis prædictam decimam ad faciendam omnem voluntatem suam et ad herbergandum eam ad libitum suum ubicunque voluerint, et propter hanc quitationem, nomen patris mei Simonis de Ues, militis, debet recipi in orationibus ecclesie Beate-Marie de Josaphat et adscribi in martirologio ecclesie ad memoriam faciendam pro anima ejus. Ut autem ista quittatio rata... inconcussa permaneat, ego Matheus et fratres mei, scilicet Willelmus et Philippus, istam sigillorum nostrorum dignum duximus robore confirmare. Ego autem Willelmus de Ues, miles, de cuius feodo prædicta decima movet, ad preces predictorum fratrum Willelmi et Philippi, eam ratam habens et firmam, presenti paginæ sigillum meum apposui in confirmatione. Actum anno Domini MCCXXVII, mense junii<sup>2</sup>.

*Archives d'Eure-et-Loir*, H. 2227, copie en papier : « Il y a un sceau ; et apparaît qu'il y a eu cy-devant quatre sceaux. Ce tiltre suscript est rompu par un bord, qui est cause qu'il y a quelques mots obmis à écrire. »

Mss. 5418 (Gaignières), f. 101, avec un sceau, dont l'écusson est chargé d'une fasce surmontée d'un lion passant. Légende : † S' DOMINI : PHILIPI : DE : HVS.

<sup>1</sup> Du Cange au mot *Herbergagio* cite ce passage.

<sup>2</sup> « En 1232, Richard, seigneur de Barrelu, écuyer, donne à l'église et aux religieux de la Cornouillère, trois sols parisis de cens annuel à percevoir sur la prévôté de Robert, fils de Amphrede, le jour de St-Rémy, de façon que ceux qui tiendront ladite prévôté, rendront à ladite église de Cornouillet lesdits trois sols comme ils étaient tenus de les payer auxdits seigneurs de Barrelu. » (*Arch. dép. H.* 2167, p. 161).

En 1459, Jean de Beaufay, seigneur de Dampont, fit accord avec le prieur de la Cornouillère pour 3 muids de blé dus sur le moulin de Dampont. (A. D. H. 2227).

En 1651, M. Charles de Doulin, écuyer, sieur de Grosley, de Boissy, etc., est condamné à payer au prieur de la Cornouillère les dimes des grains sur ses terres, paroisse d'Us. (A. D. H. 2167, p. 151).

Plusieurs déclarations furent faites au prieur pour des terres sises à Avernes, par Léonard d'Abot de Théméricourt, 1655 ; par Marie de Bourneuf, veuve de Christophe Lecesne, 1685, par René Guillemin d'Avernes, 1686 ; par Charles-François-Christian de Montmorency-Luxembourg, 1782. (A. D. H. 2232).

## CCCCXXVI

27 décembre 1227. — Palais de Latran.

Sauvegarde accordée par le pape Honorius III en faveur de l'abbaye de Josaphat et de toutes ses possessions.

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbatii et conventui monasterii Beate-Mariæ Josaphat, salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuetæ pietatis officio propensius diligere consuevit, et ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tanquam pia mater pro dilectionis munimine confovere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis precibus inclinati, personas vestras et locum in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis quæ impræsentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum justis modis, operante Domino, poterit adipisci, sub b. Petri et nostra protectione suscipimus, specialiter autem terras, possessiones, redditus et alia bona vestra, nec non libertates et immunitates vobis et monasterio vestro a bonæ memoriæ Gaufrido, Carnotensi episcopo, et successoribus ejus, ad sui assensum capituli obtentu pietatis indultas, sicut ea omnia juste et canonice ac pacifice possidetis, et instrumentis exinde confectis plenius dicitur contineri, vobis et per vos ipsi monasterio autoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo onimino hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem omnipotentis Dei et B. Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Laterani, vi calendas januarii, pontificatus nostri anno undecimo.

Mss. 12677, f. 63. — Ms. 5418 (Gaignières), f. 39.

## CCCCXXVII

Février 1227, N. S. 1228.

Donation par Ebrard de Levesville de trois setiers d'avoine et d'une poule de rente sur un hébergement sis entre Saint-Prest et Penchat et confirmation de 5 sous de cens à Gatelles donnés par sa tante Aline.

*Donatio trium sextariorum avene et unius galline apud Sanctum-Priscum.*

Ego Ebrardus de Levesvilia<sup>1</sup>, miles, omnibus presentes licteras inspecturis notum facio, quod tria sextaria avene ad minam Carnotensem, et unam gallinam que eis tensamento debito de quibusdem terris, vineis et hebergamentis inter Sanctum-Priscum et Penchat in riparia constitutis cum domino Raginaldo de Alneto, milite, annuatim habere solebam, concedentibus uxore mea Katerina et liberis nostris, monachis de Josaphat Carnotensi in perpetuam elemosinam dedi et pro meo et dictae conjugis mee anniversario in ecclesia de Josaphat celebrando, libere et quiete perpetuo possidenda concessi. Sciendum quoque est quod de predictis tribus sextariis prefati monachi quinque rasas avene et unam gallinam reddebant, quas eis omnino quitavi. Possessores vero dictarum terrarum, vinearum et herbergamentorum, reliquas septem rasas singulis annis in crastino nativitatis Domini, dictis monachis de cetero reddere tenebuntur. Preterea elemosinam quam amita mea Naalina<sup>1</sup>, pro anniversario suo faciendo, dictis monachis contulit, de quinque solidis in censibus de Gastale annuatim capiendis, approbo et concedo. Et ut hec omnia predictis monachis in posterum rata et inconcussa permaneant, eisdem monachis tam pro

<sup>1</sup> En 1760, Pierre François de Maissat, seigneur de Levéville, fit aveu à l'abbaye pour les cessions de Gorget et de Longsaulx. — En 1765, le même fit accord avec les religieux pour un fossé commun situé à La Grappe (H. 2035, 2038.)

me quam pro predicta conjuge mea et liberis nostris, ad petitionem eorum, licteras istas dedi, sigilli mei impressione ad majorem firmitatem, in perpetuum roboratas. Actum anno gracie millesimo ducentesimo vicesimo septimo, mense februario.

*Archives d'Eure-et-Loir*, H. 2072, parchemin. — MSS. 10103, p. 126, n° 50.

— MSS. 5418 (Gaignières), f. 57, avec le dessin du sceau qui est equestre, le chevalier tourné à gauche, l'épée haute à la main droite, tenant de la main gauche le bouclier armorié de trois chevrons.

### CCCCXXVIII

Mars 1227, N. S. 1228.

Engagement par Anastasie de Saint-Rémy et son fils Geoffroy, de leur dîme de Poisvilliers, à l'abbaye de Josaphat.

### CIROGRAPHUM

Frater Garinus, humilis abbas, et conventus B. Marie de Josaphat Carnotensi. Universis — noverit universitas vestra nos — concessisse kariissimo nostro in Christo Willelmo clero habendos fructus illius decime quam nobilis mulier Anastasia de Sancto-Remigio et Gaufridus filius ejus habent in parrochia de Piativillari, ab ipsa Anastasia et filio ejus Gaufrido nobis pignori obligate pro precio xv librarum. — Si dictam redimi contigerit decimam, dictum pretium xv librarum nobis remanebit ad comparandos redditus pro anniversario dicti Willelmi — Actum anno gratie MCCXXVII, mense marcio<sup>1</sup>.

MSS. 9223, f. n° 62, original en parchemin, scellé autrefois de deux sceaux.  
— MSS. 5418 (Gaignières), f. 50.

<sup>1</sup> Elle est appelée Alix dans la charte de 1224, ci-dessus. M. Merlet, dans l'inventaire, fait observer que « cette forme syncopée de *domna Aalina*, très commune dans le midi de la France, ne se rencontre jamais, ou du moins très rarement, dans le Nord; ce qui ferait penser qu'Aalina était d'origine méridionale. » *Cel n'a pas été rencontré dans aucune de la pages précédentes*

## CCCCXXIX

Octobre 1228.

Donation par Garin de la Rivière, de sa dîme sur sa terre de la Rivière, paroisse de Boissy.

*De decima quam dedit Garinus de Riparia presbiter apud Fossart.*

Magistes Robertus, officialis curie Carnotensis, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Garinus de Riparia, presbiter coram nobis constitutus, ob salutem et remedium anime sue, in puram et perpetuam elemosinam dedit monachis Beate-Marie de Josaphat Carnotensi, ad usus pauperis domus de Fossart, decimam quam habebat et possidebat apud Ripariam, in parochia de Boixeio, infra castellaniam de Rimalart, a prefatis monachis quiete et pacifice perpetuo possidendam. Prefatus autem G. presbiter in manu nostra fidem prestit corporalem quod contra istam elemosinam de cetero non veniet et quod in dicta decima nichil amodo reclamabit, nec prefatos monachos super eadem decima per se vel per alium molestabit. Immo predictam decimam prefatis monachis contra omnes molestationes vel perturbatores bona fide garandabit. In cuius rei memoriam et munimen, ad petitionem ejusdem G. prefatis monachis litteras istas dedimus, sigillo curie Carnotensis ad majorem firmatatem in perpetuum roboratas. Actum anno gratie M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> vicesimo octavo, mense octobri.

Mss. 10103, f. 63, n° 163.

<sup>1</sup> Gaignières donne, f. 99, le sommaire d'un acte correspondant : « Gaufridus de Sancto-Remigio concessit invaditionem quam nobilis mulier Anastasia, mater ejus, fecit monachis Beatæ-Mariæ de Josaphat super eo toto quod ipse Gaufridus et predicta mater ejus habent super tota decima parrochie de Piativillari..... MCCXXVII, mense februario. »

## CCCCXXX

Décembre 1228.

Donation par Philippe de Mondreville, à Josaphat, du champart d'une terre donnée par ses ancêtres, et d'une autre terre autrefois affermée aux moines à charge d'un anniversaire.

*Quitacio Philippi de Mondrevilla, militis, de campiparte cuiusdam  
terre de Felins.*

Universis presentes litteras inspecturis, magister Robertus de Cuneo-Muri, officialis curie Carnotensis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Philippus de Mondrevilla<sup>1</sup>, miles, in presentia nostra constitutus quitavit et in propriam et in perpetuam elemosinam hahendam et possidendam concessit, monachis Beate-Marie de Josaphat Carnotensi, campipartem quam antecessores ejusdem Ph. sibi et successoribus suis retinuerant, in quadam terra, quam prefatis monachis in elemosinam contulerunt, ad domum eorumdem monachorum que vocatur Felins pertinente. Terram quoque aliam quam prefatus Phi., ab antecessoribus suis predicte domui de Felins quondam fuisse accommodatam dicebat, a priore dicte domus de Felins longo tempore cultam atque possessam, cum campiparte ejusdem terre, predictis monachis sepelictus Ph. pro suo et uxoris sue et patris sui et matris sue et Johannis fratris sui anniversario, in ecclesia de Josaphat perpetuo faciendo omnino quitavit et de cetero quiete, et pacifice habendam et possidendam concessit, ita quod ipse Ph. vel successores ejus in supradictis terris nichil de cetero poterunt reclamare. Hec autem omnia dictus Ph. in manu nostra fiduciavit, fideliter tenenda et firmiter observanda, et contra omnes molestatores vel perturbatores prefatis monachis bona fide garantizanda. Et quia Ada, mater dicti Ph., et Petronilla, uxor sua, et liberi ipsorum ad ista

<sup>1</sup> Le mss. 1517 de la Biblioth. de Chartres, f. 196 contient la charte donnée directement par Philippe de Mondreville.

concedenda coram nobis personaliter comparere non potuerunt, ad humiles preces ejusdem Phil., venerabilibus viris Guillelmo de Mondrevilla et Henrico de Felins presbiteris dedimus in mandatis ut ad domum predicti Ph. apud Mondrevillam personaliter accederent, recepturi loco nostri concessiones predictarum matris et uxoris sepedicti Ph. et liberorum ipsorum. Qui per litteras suas, sigillis suis sigillatas, nobis remandaverunt quod supranominate mater et uxor sepedicti Ph. cum filiis suis ista omnia concesserunt. Nos vero ad predicti Ph. petitionem omnia ista presentibus litteris commenda-  
vimus et sigillo curie Carnotensis ad majorem firmitatem in perpetuum roboravimus. Actum anno gratie M°CC°XXVIII°.

Mss. 10103, p. 62, n° 160. — C'est le premier des « *Privilegia abbatum, archidiaconorum, officialium et hujusmodi clericorum.* » — MSS. 5418 (Gaignières), f. 84, avec l'indication du mois : « mense decembri ».

### CCCCXXXI.

Décembre 1228.

Mandement aux prêtres de Mondreville et de Felins de recevoir les donations de Ada, mère de Philippe de Mondreville et de Pétronille, sa femme.

Magister Robertus de Cuneo-Muri, officialis Carnotensis, dilectis sibi in Christo Wullemo de Mondrevilla et Henrico de Felins presbiteris, salutem. Ex parte domini Carnotensis episcopi et nostra vobis mandando precipimus quatenus ad domum domini Philippi de Mondrevilla, militis, apud Mondrevillam personaliter accedentes, loco nostri, recipiatis concessiones domine Ade, matris dicti Philippi, et Petronillæ, uxoris ejus, et liberorum suorum super campipartem ab eodem Philippo monacho Beate-Marie de Josaphat quitata, quam antecessores ejusdem Philippi in terra ab ipsis elemosinata prefatis monachis retinuerant. MCCXXVIII, mense decembri.

Mss. 5418 (Gaignières), p. 82.

## CCCCXXXII.

Juillet 1229.

Approbation par Nivard de Mesnil-Simon, de la donation de son oncle et d'une autre  
de Robert d'Alberic, doyen de Poissy.

*De viginti solidis Parisiensium a Milone de Mesnilio Symonis nobis  
datis.*

Ego Nivardus de Mesnilio-Symonis, universis presentes licteras inspecturis notum facio quod, ob salutem et remedium anime mee, volo et concedo elemosinam factam monachis Beate-Marie de Josaphat Carnotensi a karissimo patruo meo, defuncto Milone de Mesnilio-Symonis, milite, super xx<sup>ii</sup> solidis Parisiensium pro anniversario suo annuatim faciendo a predictis monachis sine perturbatione vel dilatione aut aliqua mei, vel heredum meorum reclamatione percipiendis annuatim, videlicet decem solidis etc. (Voir la charte CCCLXXXVII.) Volo etiam et concedo elemosinam quam venerabilis vir magister Robertus de Alberia <sup>1</sup>, decanus Pissiacensis, fecit predictis monachis, ad usus domus sue de Ulmeto super vinea quam eisdem decanus apud Mesnilium-Symonis in censiva mea habebat, fide corporali prestita in manu venerabilis viri magistri Roberti de Cuneo-Muri, tunc temporis officialis curie Carnotensis, quod contra dictas elemosinas de cetero non veniens super eas prefatis monachis contra omnes molestatores vel perturbatores, tam ego quam heredes mei, post me pro posse nostro, bona fide tenebimus garandare. Predicta vero vinea prior de Ulmeto mihi et heredibus meis in festo sancti Nicholaï estivalis, tam pro censu quam pro omni servicio et redibentia, sex denarios Parisiensium, apud Mesnilium-Symonis annuatim persolvent. In cuius rei memoriam et munimen prefatis monachis licteras istas dedi sigilli mei impressione ad majorem firmitatem in

<sup>1</sup> Alias : *de Abbatia.*

perpetuum roboratas. Actum anno gratie M° CC° vicesimo nono, mense junio <sup>1</sup>.

Mss. 10103, f. 92, n° 18.

### CCCCXXXIII.

Vers 1230.

Description et limites de la dime de Poisvilliers.

Hec est decima Piativille, in qua dominus abbas de Josaphat capit quartam gerbam. Quæ decima incipit transeundo per medium trium modiorum terre, que quidem media tenent et possident canonici Sancti-Mauricij Carnotensis et transiit per medium unius pecie terre que gallice vocatur Metyfeu, quam tenet domina de Claris-Vallibus, et per rectam lineam vadit ad unam peciam terre continentem sex sextarios terre, que gallice vocatur Fouche-Bataille, quam tenet dominus Hugo de Melle, miles, eundo usque ad iter de Fresneyo-le-Gillemer, et de predicta decima sunt ista que sequuntur: videlicet una pecia terre continens xxx<sup>a</sup> sextaria vel circa, que gallice vocantur Chicarnesse, quam tenet et possidet domina de Marvilla, tote terre promotoris et tote terre que tenentur in censiva magistri Stephani de la Houssaye promotoris (provisoris) domini episcopi Carnotensis, et tendit dicta decima tribus modiis terre que sunt domine de Claris-Vallibus, que quidem media comprehenduntur sub dictam decimam et grossum lapidem nuncupantur, et xi<sup>im</sup> sextaria terre que fuerunt defuncti Johannis de Douay contempta sub ipsam. Item sub predicta decima sunt vii<sup>tem</sup> media terre que fuerunt quondam defuncti domini Johannis de Saux, que gallice nuncupantur le Val-Guyon, et cum hec vii<sup>tem</sup> media terre que fuerunt defuncti Bineti dicti presbiteri, que nuncupantur terre defuncti Johannis de Borneille, et vadit per iter Drocense

<sup>1</sup> Une autre charte semblable fut passée devant Robert du Coin-du-Mur, official de Chartres. (Mss. 10103, f. 65, n° 170).

usque ad malladeriam Piativille, et de illa decima sunt (*sic*) vii<sup>te</sup>m modia terre vel circa, circumstancia in unum, que sunt domine mee de Claris-Vallibus, situata in territorio vocato les Marineres-Blanches, et cum hoc xi<sup>im</sup> modia terre que sunt heredibus defuncti domini Hugonis de Melle, qui situntur in pluribus peciis.

Mss. 10103, f. 68, n° 175.

#### CCCCXXXIV.

1230.

Approbation par Geoffroy de Beaumont de la vente faite par Guillaume de Chesnai de 7 sous 7 deniers de cens à Poisvilliers.

*Confirmatio super septem solidis et V denariis cum obolo apud  
Piativilare.*

Universis presentes licteras inspecturis, Gaufridus de Bello-Monte, miles, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod ego vendicionem quam Guillermus de Chesneio, miles, fecit religiosis viris abbatii et monachis Beate-Marie de Josaphat Carnotensi, pro pretio octo librarum et quinque solidorum Carnotensis monete, de septem solidis et sex denariis obolo minus annui census, cum omni jure et dominio ad eumdem censem pertinente, quem idem Guillelmus apud Piativillare de me feodaliter tenebat, laudo et approbo et concedo et eamdem sicut justum fuerit prefatis abbatii et monachis bona fide garantizandam promicto. Ut autem hec predicta venditio dictis abbatii et monachis de cetero rata et inconcussa permaneat, eamdem vendicionem presentibus licteris commendo, quas ad petitionem dicti Guillermi supradictis abbatii et monachis dedi, sigilli mei munimine roboratas. Actum anno gratie millesimo ducentesimo tricesimo.

Mss. 9223, f. 63, parchemin autrefois scellé. — MSS. 10103, f. 108, n° 34. —  
Mss. 5418 (Gaignières), f. 58.

## CCCCXXXV

Mars 1230 (N. S. 1231).

Don de la dîme du Coigner par Robert et Jean de Bailleau.

Officialis Carnotensis — Robertus et Johannes de Bailloiel fratres totam decimam quam habent apud Coigne, quam tenebant a Gerardo de Mellaio, obligarunt pignori Radulfo, decano de Braioto, nomine ecclesie de Josaphat, pro XVI libris — dictus Girardus, dominus dicte decime, laudavit ; MCCXXX, mense marcio.

Mss. 5418 (Gaignières), p. 87. — MSS. 9223, n° 64, parchemin.

## CCCCXXXVI

Juin 1231.

Vente par Henri de Chavernay à Josaphat de la dîme sur le territoire d'Auvilliers et de Chavernay.

*De decima decime de Auvillari et Chavernay, sita in parrochia Andeville,  
empta decem libras.*

Noverint universi presentes litteras inspecturi quod ego Henricus de Chavernaio, miles, de assensu et voluntate Matildis, uxoris mee, ac liberorum meorum Roberti, Philippi, Lucie, Isabelle, Petronille et Guillelmi, mariti dicte Lucie, vendidi abbati et conventui Beate-Marie de Josaphat Carnotensis, decimam decime territorii de Auvillari et de Chavernaio, pro decem libris monete Carnotensis, in quo territorio ego et Philippus de Nemore Sancti-Martini, filius Goherii, et Thomas de Nemore Sancti-Martini, annuatim percepimus campipartem. Et predicti abbas a conventus et fratres de Nemore Sancti-Martini, ordinis Grandmontensis, in eodem territorio percipiunt decimam ; et ego dic-

TOME II.

11

tam decimam decime percipiebam de decima prenotata; ita tamen quod serviens noster, vel heredum nostrorum, ad querendam dictam campipartem deputatus, singulis annis dictis abbatii et conventui, vel eorum mandato, jurandum prestabit quod nichil capiet per se vel per alium nec capi faciet aut promicet de decima decime nec de decima prenotatis, et quod de predictis decima et decima decime mandato dictorum abbatis et conventus veritatem dicet, cum super hoc fuerit requisitus. Hanc autem dicte rei venditionem, ego Henricus et heredes mei, prefatis abbati et conventui, ad usus et consuetudines patrie, contra omnes molestatores vel perturbatores, exceptis fratribus de Nemore Sancti-Martini, tenemus firmiter garandire. In cuius rei robur et testimonium prefatis abbati et conventui presentes litteras dedi et concessi, sigilli mei munimine roboratas. Actum anno Domini M° CC° trigesimo primo, mense junii<sup>1</sup>.

Mss. 9223, n° 66, original en parchemin, autrefois scellé. — MSS. 40103, p. 81, n° 3. — MSS. 5418 (Gaignières), f. 64 et 83, avec le dessin du sceau armorié, dont l'écu est palé de dix pièces, avec un chef. Légende :  SIGILLVM : HENR̄I. D'. CHAVERNAI :

CCCCXXXVII

Novembre 1231.

Vente par Garnier Broutin et Agnès Richegros de leurs prés de Jouy.

*De pratis que emimus a Garino Broutem Ioiaco.*

Magister Robertus de Cuneo-Muri, officialis curie Carnotensis, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Garnerius Broutem et Agnes Richegros, uxor ejus, in nostra presentia constituti, recognoverunt se vendidisse prata

<sup>1</sup> Une autre rédaction de cet acte par Robert, official de Chartres, se trouve dans le mss. 9223, n° 65, original en parchemin.

que habebant apud Ioiacum<sup>1</sup>, in censiva Gausfredi de Galardone, et Reginaldi de Husso, militum, abbati et monachis Beate-Marie de Josaphat Carnotensis, pro pretio triginta et quinque librarum Carnotensis monete, ad usus et consuetudines Carnotenses, fide corporali prestita in manu nostra quod contra venditionem istam de cetero non venient, nec predictos abbatem et monachos de dictis pratis, per se vel per alios in aliquo molestabunt, sed dicta prata predictis abbatii et monachis contra omnes molestatores vel perturbatores garantizabunt. Ipsi etiam Garinus et Agnes, in manibus dictorum militum de dictis pratis coram nobis se desesierunt, et ipsi milites, dictos abbatem et monachos, ad petitionem eorumdem G. et A., de pratis supra dictis in nostra presentia sesiverunt, istam venditionem laudantes, approbantes et concedentes et se garantizaturos eamdem prefatis abbatii et monachis firmiter promittentes; ita quod dicti abbas et monachi a prefatis militibus et eorum successoribus dicta prata tenebunt ad consuetudines ad quas viri religiosi monachi Sancti-Petri Carnotensis prata sua, dictis pratis juncta, ab eisdem militibus tenere consueverunt. Constituti etiam in nostra presentia Michael de Sesneville et Stephana, uxor ejus, soror ejusdem Agnetis, et ipsius Agnetis nepotes et neptes, videlicet Guidon Belegrave<sup>2</sup>, Garinus Belegrave et Johanna, soror eorum, Nicholaus Chauvel, Ysabella et Guillelmus maritus ejus, Margarita et Stephanus, ejus maritus, Gilo Clausarius, Gausfridus Tortus Bienvenu, et

<sup>1</sup> En 1577, l'abbaye dépourvue de ressources suffisantes pour payer la somme de 2.496 livres tournois, à laquelle elle avait été imposée d'office pour sa part des 2.500 écus départs au diocèse de Chartres sur les 50.000 écus accordés au roi par N. S. P. le Pape, sur le bien temporel des églises du royaume, les religieux alienèrent pour 405 livres tournois de leurs biens situés à Jouy, Fontaine-Bouillant et vendirent en plus la métairie de Mauzaizes.

Parmi les seigneurs de Jouy qui eurent à traiter avec l'abbaye nous trouvons cités en 1738 défunte Marie du Mesnil, veuve de messire Thomas Le Noir, chevalier, seigneur de Jouy, ie Plessis-Saint-Martin, Saint-Prest en partie, le Moulin neuf, demeurant au château de Jouy; Marie-Madeleine Le Noir de Jouy, épouse de Louis de Meaussé de la Rainville, seigneur de Villebeton, (H. 1866). En 1768 Agathe-Elisabeth de Meaussé de la Rainville; en 1788 Pierre-Auguste Lenoir.

<sup>2</sup> Alias : *Belebrereve*.

Aalix de Cartenviler<sup>1</sup> dictam vendicionem voluerunt et concesserunt, firmiter promittentes quod prefatos abbatem et monachos de pratis predictis aliquo modo per se, vel per alias de cetero non molestabunt nec facient molestari. Quod ut ratum et firmum predictis abbati et monachis in perpetuum permaneat, eisdem abbati et monachis, ad petitionem omnium prenominatorum litteras istas dedimus sigilli Carnotensis curie roboratas. Actum anno gratie M° CC° XXX° primo, mense novembri<sup>2</sup>.

*Archives départementales d'Eure-et-Loir*, H. 2058. — MSS. 10103, p. 45,  
n° 166.

### CCCCXXXVIII

Octobre 1232.

Accord entre l'abbé de Josaphat et Mathieu, prêtre de Saint-Arnoult, pour les dimes novales de ladite paroisse.

*Compositio inter nos et Matheum presbiterum de Sancto Arnulfo, super decimis novalium parrochie sue factorum et faciendorum.*

Galterus, divina miseratione Carnotensis episcopus. Universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noverit universitas vestras quod cum inter religiosos viros Garnerium, abbatem, et conventum Beate-Marie de Josaphat Carnotensis, ex una parte, et Matheum, presbiterum ecclesie Sancti-Arnulfi in Pertico, nomine ecclesie sue, ex altera, coram venerabili vivo Stephano, archidiacono Carnotensi, contensio verteretur super decimis novalium fac-

<sup>1</sup> Alias, *Carteinviler*.

<sup>2</sup> Les confirmations de Geoffroy de Galardon sont datées de novembre 1231 : « Ego Gaufridus de Galardone, miles... dicta prata a me tenere solebant... Actum anno gratie MCCXXXI, mense novembri. » (MSS. 10103, f. 101.)

Celle de Regnaud de Iloux porte la même date : « Ego Raginardus de Husso, miles... dicta prata a me tenere solebant... MCCXXXI, mense novembri. » (*Archives d'Eure-et-Loir*, H. 2058, parchemin. — MSS. 10103, f. 93 v°.)

torum vel faciendorum infra parrochiam dictæ ecclesie Sancti Arnulfi<sup>1</sup>, quas dictus presbiter dicebat ad dictam ecclesiam de jure communi pertinere; predicti vero abbas et conventus e contrario privilegia Romanorum pontificum et predecessorum nostrorum, Carnotensium episcoporum, coram prefato archidiacono exhiberent de concessis sibi decimis novalium, infra parrochias quarum ad eos patronatus (pertinet); contentio etiam esset de tertia parte decime fabarum et pisorum, quam idem presbiter dicebat se nomine dictæ ecclesie sue debere percipere in ortis masurarum parrochianorum suorum, sicut eandem de lino et canabo in ortis eisdem percipere consueverat. Tandem de bonorum consilio, pro bono pacis et vitando litigio, inter prefatos abbatem et conventum, ex una parte, et predictum Matheum, nomine dictæ ecclesie sue, ex altera, coram dicto archidiacono compositum fuit in hunc modum. Omnes decime novalium factorum et faciendorum infra parrochiam dictæ ecclesie Sancti-Arnulfi, predictis abbatii et conventui de Josaphat sepe dictæ ecclesie Sancti-Arnulfi patronis integre de cetero remanebunt. Ipsi autem abbas et conventus dicto M. et ejus successoribus preter II<sup>os</sup> modios bladi et dimidium avene, quos dicto M. pro mestiva reddere consueverunt, unum modium avene ad mensuram quam dictum dimidium avene soliti sunt reddere, prefato M. et ejus successoribus annis singulis solvere tenebuntur. Tertiam vero partem decime fabarum et pisorum crescentium in ortis supradictis, sicut eam de lino et canabo in ortis eisdem, idem M. habere consuevit, ipse M. et succes-

<sup>1</sup> Saint-Arnoult eut beaucoup à souffrir pendant les guerres aux xv<sup>e</sup> et xvi<sup>e</sup> siècles, et les dimes furent d'un minime revenu :

« En la ville de Saint-Arnoult-des-Bois... devant les guerres dernières passées, y avoit un très bel et grand hostel, avec grange, colombier, vacherie, estable, cour et jardin... lequel hostel et tout l'edifice a été détruit durant les guerres dessusdites, et pareillement toutes les maisons et edifices de la dite ville... 1464 ».

« Depuis 1589, les habitans de Saint-Arnoult, ayant été volés en leurs meubles, et les laboureurs en leurs chevaux par les gens de guerre, la plupart des habitans avoient abandonné le païs et laissé leurs terres en friche, qu'il y a actuellement plus de 1.000 arpens de terre en friche et notamment la plus grande partie des terres sujettes au chaptal de Josaphat, qu'en conséquence, la dime ne pouvoit plus produire au sieur abbé que 16 à 18 septiers de grains, au lieu de 4 muids quelle valloit autrefois : que le curé ne fait plus aucune résidence dans la paroisse, pourquoi il y a un vicaire ou desservant, 1593 ».

sores ipsius percipient annuatim. Ut autem hec compositio firma de cetero maneat et inconcussa ad petitionem partium eamdem compositionem presentibus litteris commendamus et sigilli nostri auctoritate in perpetuum confirmamus. Actum anno gratie M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXX<sup>o</sup>II<sup>o</sup>, mense octobri<sup>1</sup>.

Mss. 9223, n<sup>o</sup> 67, parchemin, autrefois scellé. — MSS. 10103, f. 55, n<sup>o</sup> 132.  
*Archiv. départ.*, H. 1983, extrait.

### CCCCXXXIX

Décembre 1232.

Confirmation par Etienne de Corseraux de la donation faite par sa mère Adeline et sa grand'mère Eustachie, de 4 setiers de blé sur le moulin de Grand-Pont, à Chartres.

*De IIII<sup>or</sup> sextariis bladi que habemus in molendino de Magno-Ponte.*

Magister Robertus de Cuneo-Muri, officialis curie Carnotensis, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Stephanus de Corserauz, miles, in nostra presentia constitutus recognovit defunctam Amelinam, matrem suam, et Eustachiam, matrem ipsius Ameline, ob salutem et remedium animarum suarum, in puram et perpetuam elemosinam dedisse monachis Beate-Marie de Josaphat Carnotensi quatuor sextaria bladi apud Carnotum, in molendino de Magno-Ponte<sup>2</sup>, de tali blado quale de moltura dicti molendini provenerit sine admixtione prejoris, vel sequestratione melioris grani, percipienda in festo sancti Remigii... litteras istas

<sup>1</sup> Un acte semblable avait déjà été donné par Etienne, archidiacre de Chartres : « Anno gratie MCCXXXII, mense julio. » (Mss. 9223, n<sup>o</sup> 68.) — (Mss. 5418, Gaignières, p. 80.) En 1239, Grégoire IX, pape, confirma cet accord. (Mss. de Chartres, n<sup>o</sup> 4517, p. 139.)

<sup>2</sup> « Dans un vidimus de 1247, que nous avons analysé H. 2033, la confirmation d'Etienne de Corseraux est intégralement reproduite, sauf dans la désignation qui est ainsi exprimée : « In molendino quod vocatur Chetelme (moulin de Chaume), Carnoti, apud pontem magnum. » — Merlet, II. 2033 et 2053, note.)

dedimus sigillo Carnotensis curie roboratas. Actum anno gratie mille-simo CC<sup>o</sup> tricesimo secundo, mense decembri.

*Archives départementales d'Eure-et-Loir*, H. 2053, original sur parchemin. —  
Mss. 10103, p. 65, n° 169, avec la date de 1233. — Mss. 5418 (Gaignières)  
f. 163.

## CCCCXL

Avril 1233.

Vente par Pierre Biellout de Morencez, à Josaphat, de deux arpents de pré  
à Morencez pour 14 livres.

*De pratis que emimus a Petro Biellout de Morenceiis.*

Magister R. de Cuneo Muri, officialis curie Carnotensis, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Petrus Biellout de Morenceiis et Maria, uxor ejus, in nostra presentia constituti, vendiderunt religiosis viris, abbati et monachis Beate Marie de Josaphat Carnotensis, duo arpenta pratorum, sexta parte minus, que ipsi P. et Maria habebant apud Morenceiis, in censiva dictorum abbatis et monachorum, ad usus et consuetudines Carnotenses, pro pretio quatuordecim librarum Carnotensis monete... Et quia dicta Maria in dictis pratis dotalicium habebat, illud in manu nostra spontanea resignavit... Predictus autem Petrus, in recompensationem hujus dotalicij venditi, dicte Marie uxori sue assignavit, quicquid idem Petrus habebat vel habere poterat in hebergamento quod fuit Huberti de Haucopie<sup>1</sup>... Constituti etiam coram nobis liberi dictorum Petri et Marie N. et Agnes et Johannes Lestant, maritus dicte Agnetis, dictam venditionem voluerunt. Et ad petitionem dictorum P. et M.

<sup>1</sup> Les baux de 1494 à 1788 indiquent bien en effet trois arpents de pré en la prairie de Haussepied, derrière le moulin de Morancez.

Postérieurement, en 1409, Jeanne, veuve de Pierre le Potier, bourgeois de Chartres, donna 20 sols de rente sur une maison et verger à Voisin, « paroisse de Morencées ». (Arch. dép., H. 2087 et 2088).

uxoris ejus et liberorum eorum N. et Agnetis et Johannis mariti ejusdem A., litteras istas dedimus, sigillo Carnotensis curie sigillitas. Actum anno gratie M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXX<sup>o</sup>III<sup>o</sup> (mense aprilii).

Mss. 10103, f. 64, n<sup>o</sup> 167 et p. 66, n<sup>o</sup> 172; ce dernier avec l'indication du mois : « mense aprilii. »

## CCCCXLI

Novembre 1233.

Vente par le couvent de Clairefontaine à Josaphat, de la dime de la paroisse de Chalo-Saint-Mars et de ses droits sur Guillaume Brunel.

*De decima Guillelmi Brunel de Chaloto.*

Universis presentes litteras inspecturis, conventus de Clarofonte, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod nos quicquid juris habebamus in decima sita intra parochiam ecclesie Sancti-Medardi de Chaloto<sup>1</sup> a Guillelmo Brunel, pro precio viginti librarum Parisiensis monete, nobis obligata, et omnem actionem quam habebamus contra dictum Guillelmum Brunel et contra quoscumque alios, ratione dicte obligationis, religiosis viris abbatii et conventui Beatae Marie de Josaphat Carnotensi cedimus et donamus. Et de predicte pecunie summa habemus nos pro pagatis. In cuius rei memoriam et munimen prefatis abbatii et conventi de Josaphat litteras istas dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno gracie M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> tricesimo tercio, mense novembri.

*Archives départ. d'Eure-et-Loir, H. 2224.*

<sup>1</sup> Josaphat en 1390 donnait à ferme la métairie de la Grange-aux-Moines, ou Grange Saint-Laurent, encore appelée la grange de Josaphat, pour laquelle en 1732, Claude-Henry de Vigny, seigneur du Tronchet, fit acte de foi et hommage à l'abbaye de Josaphat. (H 2222.)

## CCCCXLII

Mai 1234.

Cession de la mairie du Boullay-d'Achères d'abord par Geoffroy Babelose à Goslein de Lèves, et après lui à Hervé de Galardon.

Margarita, vicedomina Carnotensis, universis... Noveritis quod cum Gaufridus Babelose, major de Booleto de Acheriis<sup>1</sup>, vendidisset nobili viro Gosleno, domino Leugarum, militi, et Johanne<sup>2</sup> ejus uxori, totam majoriam suam apud dictum Booletum<sup>3</sup>, in toto territorio ejusdem ville, et quidquid habet Johannes in terra Guillelmi de Grinni<sup>4</sup> quondam militis apud Booletum. Procedente vero tempore, dicto Guillelmo vitam universe carnis ingresso, super premissis talis intercessit conventio inter dictum Goslenum, Herveum de Galardone militem et relictam dicti Guillelmi, nunc uxorem dicti Hervei et liberos ejusdem

<sup>1</sup> Alias : *Echesiis*.

<sup>2</sup> Si ce nom est bien écrit, cette Jeanne serait-elle la première femme de Goslein de Lèves ? Nous l'avons déjà rencontrée plus haut, charte CCCCXIV, datée de 1225, mais ces deux chartes parlent d'elle au passé : solebat, procedente vero tempore. En ce cas, la deuxième femme de Goslein fut Philippa, dès avant 1216. (*Cartul. de Josaphat*, ch. CCCLIV, mai 1216. — *Cartul. de Saint-Jean-en-Vallée*, ch. 194, janvier 1218 et *Cartul. de Beaulieu*, ch. 219, mars 1221). Philippa vivait encore en 1240 et s'intitule veuve de Goslein, et en 1239, Thomas de Bruière, fils de Goslein de Lèves, seigneur de Lèves, fit un accord avec Philippa qu'il ne reconnaît point pour sa mère et qu'il affecte d'appeler « veuve de Goslein, seigneur de Lèves, mon père ». Nous verrons plus loin, août 1240, qu'elle était fille de Guillaume de Poissy et qu'elle avait épousé en premières noces Guillaume Morhier.

<sup>3</sup> En 1563, Jean de Briçonnet était seigneur du Boullay-d'Achères ; en 1585, Etienne le Tonnelier était seigneur du Boullay à cause de Marie de Briçonnet, sa femme. La famille Le Tonnelier possédait encore cette terre en 1688. Voir *Archives du diocèse de Chartres*, vol. III, Pièces détachées, pages 83 à 96. Au XVIII<sup>e</sup> siècle, nous trouvons comme seigneurs du Boullay-d'Achères : Gaspard Dodun 1691, Charles-Gaspard Dodun, conseiller au Parlement 1701, Charles-Bernard de Montigny, écuyer, seigneur châtelain du Boullay-d'Achères, des Chaises, etc., acquéreur en 1729.

Alias : *Grigny*.

Guillelmi, in ballo dictorum Hervei et ejus uxoris... Ego Margarita sigilli mei munimine roboravi. MCCXXXIV, mense maio.

Mss. 5418 (Gaignières), f. 62, avec le dessin du sceau en cire blanche, de Marguerite, vidamesse de Chartres ; sceau ovale où est représenté une dame, portant un oiseau sur sa main gauche, et retenant son manteau de la main droite. Légende : † SIGILLVM : MARGARITE : VICE : DNE : CARNOTENSIS.

*Bibliothèque de Chartres*, mss. 1517, avec cette note complémentaire : « Cette cession faite pour 5 muids de terres labourables à condition que si le présent accord ne plaît point aux enfants dudit Guillaume, quand ils seront majeurs, ils reprendront leurs cinq muids de terre et Gosselin (?) rentrera dans tous ses droits. »

### CCCCVLIII

Juin 1234.

Accord entre le prieur de Foussart et les héritiers de Girard au sujet d'une aumône faite par ce dernier.

Universis presentes litteras inspecturis, Petrus decanus de Brueroliis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum coram nobis, inter priorem de Fossarto, ex una parte, et Guillelmum Hai et Garinum Niquet et Radulphum, fratrem prædicti Garini, ex altera, verteretur contentio super una mina bladi et quadam mina avenæ ad mensuram Vallis-Cuprei, quas predictas duas minas ecclesiæ de Fossart annuatim in perpetuam eleemosinam Girardus Hai, prædecessor dicti Guillelmi, dum viveret, dederat et concesserat, in domo prædecessoris dictorum Garini et Radulphi annuatim percipiendas, in singulis festis beati Remigii, prout prædictus prior dicebat, ea ratione quod Girardus Hai jampræfatus quamdam petiam terræ, sitam inter vallem Gillout et terram dictorum Garini et Radulphi, quæ affrontat inferius terræ prædicti Guillelmi Hai, superius vero brocis de foresta prædictorum prædecessorum dictorum Garini et Radulphi et ejus he-

redibus, concessit jure hereditario possidendam. Tandem prædictus prior et pars adversa, mediante consilio prudentum hominum, composuerunt in hunc modum, quod prædicti Guillelmus et Garinus et Radulphus prænotatam eleemosinam recognoverunt, ita quod in domo prædictorum Garini et Radulphi vel heredum suorum prædictus prior eleemosinam percipiet prænotatam. Si vero prænotatam eleemosinam dicti Garinus et Radulphus vel eorum hæredes in præfato termino, casu quolibet non redherent prædicto priori, dampna et perditæ quæ occasione hujus rei prædictus prior sustineret, reddere tenerentur. Ad hoc fermiter et fideliter observandum prædicti Guillelmus, Garinus et Radulphus in manu nostra fidem corporalem præstiterunt quod prædictum priorem vel ejus successores de prædicta eleemosina non molestabunt nec facient molestari. Quod ut ratum et firmum permaneat, ad petitionem dictorum Guillelmi, Garini et Radulphi, prædicto priori presentes litteras dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini MCCXXXIV, mense junii.

*Archives d'Eure-et-Loir, 2195, copie en papier.*

#### CCCCXLIV.

1234.

Accord au sujet de la pêche du vivier de Painchat et de la Lavenderie.

#### *De Lavendaria.*

Thomas, officialis decani Carnotensis, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in auctore salutis. Noveritis quod cum religiosi viri abbas et conventus Beatæ-Mariæ de Josaphat Carnotensis traxissent in causam coram nobis Robertum Coque, super piscaria cuiusdam vivarii siti apud Painchat, juxta domum lavandariam<sup>1</sup> ipsorum mo-

<sup>1</sup> Penchat et la Lavandrie sont enclos dans le bois de M. de Messat, sgr de Levaville. (Mss. 1517, f. 144.) — « Suivant une note mise au dos de la pièce, le vivier de Painchat était

nachorum, cujus piscarie possessionem eisdem monachis perturbarat idem Robertus, prohibendo ipsorum piscatoribus ne piscarentur ibidem. Tandem idem Robertus confessus est in jure coram nobis dictam piscariam dicti vivarri esse dictorum abbatis et conventus et eamdem piscariam eis sub fide ab ipso Roberto prestita quitavit omnino. Ita tamen quod idem Robertus et ejus familia ad dictum vivarium per propriam suam accessum habebit ad hauriendum de aqua dicti vivarri, et ad lavandum pannos, sicut prius habebat idem Robertus. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo quarto, mense augusto.

*Archives départementales, H. 2041, parchemin. Double queue en parchemin.*

## CCCCXLV

Décembre 1234.

Accord entre Josaphat et Geoffroy, curé de Chalo, pour les dimes novales de la Forêt-Noire.

Magister Robertus de Cuneo-Muri, officialis curie Carnotensis, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum esset contentio inter religiosos viros abbatem et monachos de Josaphat Carnotensi, ex una parte, et Gaufridum, personam ecclesie de Chaloto Sancti-Médardi, nomine sue ecclesie, ex altera, super decimis novalium totius territorii Nigre-Silve, siti infra metas parrochie dicte ecclesie de Chaloto, factorum et faciendorum... dicti abbas et monachi, pro se et pro prioratu suo de Chaloto, duas partes dicte decime habebunt... et dictus G. tantum terciam partem...

près de la fontaine de la Grappe, à Lèves. De vicaria Lavandarie apud Painchat, prope fontem de la Grappe ». *Archiv. départ.*, H. 2041.

Sigillo curie roboravi. Actum anno gratie MCCXXXIV, mense decembri<sup>1</sup>.

Mss. 9223, n° 69.

### CCCCXLVI.

1234.

Lettres de l'official de Chartres qui attestent que Robert de Douville, Yvonet son neveu et leurs épouses donnent à perpétuité aux religieux de Josaphat le reste des dixmes qu'ils avoient toujours prises sur leurs terres, dont les religieux jouissoient déjà du surplus, et Garin de Nogent a confirmé cette donation.

Bibliothèque de Chartres, MSS. 1517 — *Archives départ. d'Eure-et-Loir*, H.  
1983,

### CCCCXLVII.

Février 1234 (N.-S. 1235).

Vente d'une terre sise à Orrouer par Guillaume Labori du Mée.

Magister Robertus de Cuneo-Muri, officialis curie Carnotensis, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Guillelmus, cognomento Labori, du Mes, et Aalez, uxor ejus, in nostra presentia constituti vendiderunt religiosis viris abbatii et monachis Beate-Marie de Josaphat Carnotensis pro prelio quatuor librarum Turonensis monete... ad usus et consuetu dines Carnotenses, terram quam ipsi Guillelmus et Aales uxor ejus habebant in territorio de Oratorio, prope cheminum Carnotensem, juxta terras eorumdum abbatis et monachorum de Josaphat, in censiva Thome Fauque du Mes, ad quatuor denarios census... Prefatus etiam Thomas Fauque que dictam terram de Ysabella, relicta Hemerici de Loceles,

<sup>1</sup> En 1490, le prieur de Chalo-St Mars, M. François le Vasseur revendiqua contre le curé du lieu, François du Bac, la moitié du proffit des testaments qui se font en la paroisse, la moitié de ce que donnent les femmes lorsqu'elles relèvent, la moitié de ce que donnent

feodaliter tenebat, in manu nostra fidem prestitit quod contra istam venditionem de cetero non veniet... Sigillo curie Carnotensis sigillatas. Actum anno gratie millesimo ducentesimo tricesimo quarto, mense februario.

*Archives d'Eure-et-Loir*, H. 2124, original en parchemin. — MSS. 10343, f. 67, n° 174 et dernier, les sept premières lignes seulement.

### CCCCXLVIII

Mai 1235.

Vente par Raoul du Chatellier d'une terre sise à Orrouer.

Omnibus presentes litteras inspecturis magister Radulphus, officialis Carnotensis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Radulphus de Chasteliers et Hodierna, uxor ejus, in nostra presentia constituti, recognoverunt se vendidisse religiosis viris abbatii et mo-

ceux ou celles de la paroisse pour le congé d'aller épouzer en une autre paroisse (H. 2167, p. 212).

Autre réclamation [en 1514], portant en plus sur la retribution due pour la publication des bans ; mais faisant exception pour les baptêmes, confessions et visite des infirmes. — En 1515, les marguilliers reconnaissent qu'ils sont obligés le jour des morts d'envoyer au prieur du pain et du vin et des ornements pour le service divin, notamment à toutes les grandes fêtes. — En 1541 un accord spécifie les droits respectifs : le prieur est primitif curé et le curé, son perpetuel vicaire, a droit à la moitié de toutes les offrandes, oblations, legs faits en ladite église St-Mars, chapelles de St Jean de Boutevilliers, St Jacques, St Nicolas, Notre-Dame, etc..., moitié des legs faits en faveur du curé, nonobstant clause contraire, moitié des novelles, grosses et menues dimes, droits de mariage, banis, plats, purifications, congés de mariage, le trezain qui se donne à la porte de l'église, la moitié de toutes les messes célébrées en l'église et chapelles, confréries, baton de mariage, relevées et purifications de mortuailles, moitié des obits, vigiles, commendace, salve, libera, etc. — Audit prieur appartient de donner les écoles de St-Mars et Boutevilliers et toutes les écoles de la paroisse. « Quand il a matines, ténèbres doivent être commencées et finies par le prieur et alors appartiennent au prieur dire et célébrer la grande messe, porter l'encens (sauf le jour de St Mars), de donner le congier de prêcher à tout prédicateur, etc., etc. » Les écoles furent en effet conferées par le prieur en 1509 à Guillaume Chenoist, en 1526 à Nicolas Langues, écolier, en 1534 à Maurice Carré, clerc, en 1536 à Pierre Meunier, clerc, en 1545 et 1548 à François Bellier, prêtre.

nachis Beate-Marie de Josaphat, prope Carnotum, pro precio quatuor librarum Turonensis monete.... terram quam ipsi Radulphus et Hodierne, uxor ejus, habebant in territorio de Oratório, prope cheminum Carnotensem, juxta terras eorumdem abbatis et monachorum de Josaphat, in censiva Thome Fauque, du Mes, ad quatuor denarios census... Prefatus Thomas Fauque et Petronilla, relicta Stephani de Corserauz, de qua dictus Thomas Fauque dictam terram feodaliter tenebat, ...dictam venditionem laudaverunt.... litteras istas dedimus sigilli curie Carnotensis munimine roboratas. Actum anno gratie M° CC° XXX° quinto, mense maio.

*Archives d'Eure-et-Loir*, H. 2124. Parchemin avec le sceau en cire rouge de l'Officialité. — MSS. 5418, (Gaignières), f. 114.

## CCCCXLIX

Février 1235 (N.-S. 1236).

Vente par Robert dit le voier de Lèves d'une courtille voisine des prés des religieux.

Magister Radulphus, officialis curie Carnotensis, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Robertus, dictus viarius de Leugis, in nostra presentia constitutus recognovit se vendidisse religiosis viris abbati et monachis Beate-Marie de Josaphat Carnotensis, cortilliam quam habebat in censiva domini Leugarum, contiguam pratis dictorum abbatis et monachorum, pro pretio octo librarum Carnotensis monete, de quibus octo libris dictus Robertus coram nobis se tenuit pro pagato, promittens, etc... Prefatus Robertus dedit et assignavit, in contra plegium, dictis abbati et monachis, vineam quam idem Robertus habet in clauso Mordant, in censiva Henrici de Croceio, militis, et vineam quam habet in censiva Margarite, quondam vicedomne Carnotensis. Ut autem illa venditio prenotata abbati et monachis de Josaphat Carnotensis firma et inconcussa de cetero permaneat, eisdem abbati et monachis, ad petitionem

dicti Roberti, litteras istas dedimus munimine sigilli Carnotensis curie roboratas. Actum anno gratie millesimo ducentesimo tricesimo quinto, mense februario.

Mss. 10103, f. 66, n° 171.

### CCCCL

Vendredi 23 mai et samedi 20 juillet 1236.

Hervé de Gallardon donne à Josaphat quatre setiers de blé, à condition que Goslein de Lèves le décharge d'une rente semblable sur le champart du Boullay-d'Achères.

Die veneris post Penthecostem, anno gratie millesimo ducentesimo XXX<sup>e</sup> sexto, concesserunt in jure coram nobis Herveus de Galardone, miles, et... (sic)<sup>1</sup> uxor, ejus quod redderent singulis annis abbati et conventui de Josaphat Carnotensis, quatuor sextarios bladi de quibus agitur, dum tantum dominus Goslenus de Leugis miles, ipsos Herveum et ejus uxorem de hoc liberet erga alios qui habent elemosinam, in campiparte territorii Boleti Eschesiarum<sup>2</sup>; dominus vero Goslenus de Leugis, miles, in nostra presentia constitutus recognovit quod liberaret dictos Herveum et ejus uxorem erga alios qui habent elemosinam, in dicto campiparte, de quatuor sextariis bladi ante dictis, et statim dictus

<sup>1</sup> Adelicia de Fréteval

<sup>2</sup> Un acte de 1210 relatif au Boullay-d'Achères, est ainsi résumé :

« Lettre de Garnier, écuyer, seigneur de Friaize, et de Marguerite, son épouse, par laquelle ils attestent avoir donné à Etienne de Sorbonne, leur amy et fidèle serviteur, en récompense de ses services, leur métairie du Boullay-d'Achères, avec les droits de fief en dépendans, et la 3<sup>e</sup> partie de toutes les amendes de toute la justice attachée à cette partie, et en outre les bruyères, braudages et épines du bois contigu audit lieu, tant pour son usage que pour celui de ses héritiers, et tous les autres droits et dépendances de lad. métairie, avec les fourages, étrains et pailles d'avoine, le champart des vesses, lins, chanvres et autres légumes dud. lieu, lui donnant en sus une place et un arpent de terre en labour pour s'y construire une demeure à Guerville, paroisse de Boullay, avec la maison du Mesnil et deux bouvées de terre (boatis terre) ou autant de terre que deux bœufs peuvent en labourer, sises à Aschères, etc., etc. »

Herveus gagiavit dicto abbatii de Josaphat in jure coram nobis se facturum et ut ante concesserat impleturum. Quod ut ratum permaneat in futurum, ad preces utriusque partis, litteras nostras super premissis testimoniales conscribi fecimus et sigilli curie Carnotensis munimine robouri. Actum de consensu partium supradictarum, anno Domini, millesimo ducentesimo XXX<sup>o</sup> sexto, die sabbati post octavam sancti Martini estivalis.

Mss. 10103. p. 66, n° 173.

### CCCCLI

Octobre 1236.

Don au prieuré de la Cornouillère de deux setiers de blé pour le repos des âmes des défunts Philippe et Guillaume du Perchet.

Ego Guillelmus de Triagnello universis, tam presentibus quam futuris, notum facio quod ego dedi et concessi in puram et perpetuam elemosinam, pro salute animarum Philippi et Guillelmi de Percheio, fratrum defunctorum, quondam militum, monachis de Corneleia duos sextarios bladi percipiendos singulis annis in parte mea molendini de Percheio infra festum omnium sanctorum. Quod ut ratum et stabile permaneat in perpetuum presentem cartam conscribi et sigilli mei feci munimine confirmari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mense octobri<sup>1</sup>.

*Archives d'Eure-et-Loir*, H. 2227, copie en papier ; — MSS 5418, (Gaignières), f. 102. « Il y avait un sceau audit tiltre qui est en parchemin. »

<sup>1</sup> En 1517, Jean David, prêtre licencié es-loix, curé des paroisses de Saint-Germain-de-Andeylot, diocèse d'Orléans, et de Saint-Martin d'Orrouer, diocèse de Chartres, prieur de Saint-Blaise de Cornouillet, diocèse de Rouen, donne à Josaphat une maison à Chartres, pour deux anniversaires et deux grandes messes pour chaque année en l'église de Josaphat.

## CCCCLII

1236.

Accord avec l'abbé de Saint Benoit-de-Fleury pour les dimes novales de la forêt Noire, paroisse d'Authon.

Universis — frater Johannes, humilis abbas et conventus Sancti-Benedicti Floriacensis, salutem — cum inter nos et abbatem et conventum B. Marie de Josaphat questio verteretur super decimis novalium de Nigra silva, quas dicebamus sitas esse infra fines parochie de Auton, in qua jus patronatus habemus, et dicebamus dietas decimas ad monasterium nostrum pertinere — tandem inter nos compositio — concedimus tam nos quam ipsi quod novalia in duas partes dividantur — Sigillorum nostrorum — MCCXXXVI.

Mss 5418 (Gaignières), f. 75 ; avec le dessin du sceau en cire verte, de forme ogivale, sur lequel est gravé un abbé tenant la crosse de la main droite et un livre de la main gauche. Légende : † S' IOHANIS. ABBATIS. SCI. BENEDICTI. FLORIACEN. Au dos, contre sceau-rond représentant un ange, les ailes éployées ; légende : † ANGELVS. DNI :

## CCCCLIII

Mai 1237.

Don à l'abbaye de Josaphat pour son prieuré de la Cornouillère de seize setiers de blé sur le moulin de Neucourt.

Universis presentes litteras inspecturis, ego Guillermus Litiays, miles, notum facio quod prior et monachi Beatæ-Mariæ de Josaphat Carnotensi, apud Carnotum commorantes, ex donatione antecessorum meorum et mea, de assensu et voluntate karissimæ uxoris meæ Aaliz, habent in molendino de Nauceria, sexdecim sextarios bladi hyemalis, de tali blado quali de moltura ejusdem molendini mihi et heredibus

meis pervenit, sine sequestratione melioris vel admitione pejoris grani, imperpetuum ad terminos subnotatos annuatim percipiendos, videlicet in festo sancti Remigii dimidium modium et in moltura nativitatis Domini dimidium modium, et quatuor sextarios in moltura Paschæ. Hanc autem elemosynam ego Guillermus Litialis et heredes mei post me tenemur reddere et garentizare sicut patroni et autores elemosinæ bona fide priori et monachis supradictis. In cujus rei memoriam et munimen præfatis priori et monachis de Cornelio literas istas dedi sigilli mei munimine pro me et heredibus meis ad majorem firmitatem in perpetuum roboratas. Actum anno gratiæ millesimo CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> VII, mense mayo<sup>1</sup>.

*Archives d'Eure-et-Loir, A, 2227, copie en papier.*

Mss 5418, (Gaignières) fol. 100, avec le dessin du sceau rond armorié d'un écu chargé d'une fasce, à l'orle de 7 merlettes. Légende : † S' WILLERMI: DE : TIEIS :

CCCCCLIV

Avril 1237.

Simon de Montsurs donne au prieuré de Conservant le champart qu'il percevait sur ses terres et un setier de blé sur sa grange de Montsurs.

Universis Xristi fidelibus ad quos presens scriptum devenerit.  
Simon de Monte-Securo miles in Domino salutem. Vestra noverit uni-

<sup>1</sup> En 1281, « frère G..., abbé de Josaphat, fit abandon à Jean Litialis, écuyer, de 16 setiers de blé que le prieur du Cornouillet avait droit de percevoir annuellement sur son moulin, et en contreé-change Jean Litialis abandonne au prieur un arpant et demy de terre à Buschappelle, et plusieurs autres terres, près le bois de Margneis et sur le chemin qui va de Neu-court à Melletun. » (H. 2167, f. 113.)

Ce moulin s'appelait le moulin de la Vallière, et était alimenté par l'étang de la Vallière. En 1453, « à cause des guerres ledit moulin était venu en ruines et démolition. » Isabelle du Perche, veuve de Michau de Guiny, dit le Galois, écuyer, obtint remise des arrérages et promit de le reconstruire incessamment, de payer une rente de 4 septiers et de moudre tous les grains qu'il conviendra pour la dépense du prieur, de son fermier et de ses gens. (H. 2167, f. 114.)

versitas quod ego in puram et perpetuam elemosinam, pro remedio anime mee et parentum meorum, dedi et concessi monachis Sancti-Laurencii de Cornu Cervino omnem campipartem quam in terris suis singulis annis percipio et percepi a dictis monachis, post meum decessum in perpetuum possidendum, Dictis etiam monachis tribuo et concedo unum sextarium bladi in mea granchia de Monte-Securo, et duos solidos Parisienses in masura Bernardi de Monte-Securo, pro anniversariis patris et matris mee et Johannis quondam fratris mei et pro meo post meum decessum, in ecclesia Beati-Laurencii a monachis ibidem commorantibus in perpetuum celebrandis. Volo etiam et concedo ut dicti monachi in masura dicti Bernardi post meum decessum decem solidos Parisienses percipient annuatim ad faciendum unum cereum ardente coram altari beate Marie in missis et in vigiliis beate Marie et in sabbatis serotinis. In cuius rei testimonium et munimen dictis monachis concessi patentes litteras sigilli mei caractere roboratas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense aprilii.

*Archives d'Eure-et-Loir, H. 2215, parchemin. — MSS 5418, (Gaignières), f. 65 avec le dessin du sceau armorié en cire blanche, l'écu chargé d'un sautoir.*

CCCCLV

Juin 1237.

Geoffroy de Meslay approuve le legs de 44 sous 8 deniers sur les prés de Longsault à l'abbaye de Josaphat et à plusieurs autres églises par Marguerite de Tachainville pour son anniversaire.

*De censibus de Longa Salto.*

Universis presentes licteras inspecturis, ego Gaufridus de Merlaio, miles, notum facio quod defuncta Margarita, soror mea, quondam domina de Tachenvilla, quadraginta quatuor solidos et octo denarios Carnotenses annui census, quem a me feodaliter tenebat, et jure here-

ditario possidebat, et percipiebat annuatim in pratis sitis apud Longum-Saltum, pro remedio anime sue et pro anniversario suo annuatim faciendo, in puram et perpetuam elemosinam dedit, per manum abbatis de Josaphat Carnotensis, ecclesiis et personis inferius annotatis, in octabis sancti Dyonisii apud Josaphat annis singulis persolvendos, videlicet conventui de Josaphat Carnotensi, quatuor solidos et octo denarios; Elemosine Cisterciensium quinque solidos; abbatie de Aqua, viginti solidos; elemosine Carnotensi, tres solidos; Leprosis de Bello-Loco, quinque solidos, Leprosarie de banleuga Carnotensi, duos solidos, ecclesie de Tivas, quinque solidos. Dominium autem predicti census, cum omni jure ad eundem censem pertinentem, ad abbatiam de Josaphat Carnotensi in perpetuum pertinebit. Hanc autem elemosinam, ut rata inconcussaque permaneat, laudo, approbo et concedo, et sicut dominus feodi bona fide garantizandam promicto. In cujus rei memoriam et munimen, licteras istas dedi, sigilli mei munimine roboratas. Actum anno gratie millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense junio.

Mss. 10103, p. 111, n° 37. — *Archives d'Eure-et-Loir*, II, 2032, original en parchemin avec un fragment du sceau. — MSS. 5418 (Gaignières), f. 97, avec le dessin du sceau armorié d'un écu à un canton dextre et à un orle de merlettes. Légende : † SIGILLVM. GAVFRIDI : DE : MERLAIO.

## CCCCLVI

13 octobre 1237.

Grégoire IX approuve l'accord survenu pour les dimes novales de Saint-Arnoult.

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancte Marie de Josaphat Carnotensis, ordinis sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Significatis siquidem nobis quod cum inter vos, ex

parte una, et Matheum presbyterum ecclesie Sancti-Arnulphi in Pertico, Carnotensis diocesis, ex altera, in qua jus patronatus proponitis vos habere super decimis novalium parrochie ipsius ecclesie, coram Stephano, archidiacono Carnotensi, auctoritate ordinaria questio verteretur, tandem in presentia ipsius archidiaconi ad compositionem amicabilem devenistis, que fuit postmodum per bone memorie Galterum, Carnotensem episcopum, auctoritate propria confirmata, prout in litteris inde confessis plenius continetur, quam apostolico petivistis munimine robarari. Nos igitur, vestris precibus inclinati, compositionem ipsam, sicut sine pravitate provide facta est, et ab utraque parte sponte recepta, et hactenus pacifice observata, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Reat. idus octobris, pontificatus nostri anno decimo.

Mss. 9223, n° 70, original en parchemin, bulle perdue.

### CCCCLVII

Avril 1239.

Accord entre Thomas de Bruière, seigneur de Lèves, et Philippa, veuve de Goslein, de Lèves, pour son douaire.

Universis — Ego Thomas de Brueriis, dominus Leugarum, notum fieri volo quod cum vertetur contentio inter me, ex una parte, et Philippam relictam Gosleni, quondam domini Leugarum, patris mei, ex altera, super dotalitio quod ipsa Philippa se habere dicebat in terra dicti Gosleni, et super acquiramentis factis a dictis Goslino et Philippa, tandem inter me et dictam Philippam coram venerabili patre Alberico, epis-

copo Carnotensi, amicabilis compositio inita est in hunc modum. Ego Thomas volui et concessi quod dicta Philippa habeat pacifice, quandiu vixerit, nomine dotalitii, quidquid dictus Goslenus habebat apud Moen-villam-Gosleni et apud Boletum de Chesiis, tempore quo decessit, addito quod dicta Philippa, etc... Que omnia dicta Philippa, mihi tradidit sub pensione LXXVIII librarum monete currentis Carnoti, quas teneor reddere dicte Philippe vel ejus mandato, apud Josaphat, juxta Leugas annuatim. De qua pensione ego Thomas dicte Philippe dedi fidejussores Adam dominum Galardonis, Symonem de Gaseran, Johannem de Leugis, Gervasium de Coutes et Ebrardum dominum Levesville, milites, qui singuli in solidum solvere tenebuntur si ego deficerò in solvendo, alioquin dicti fidejussores, infra VIII dies postquam a dicta Philippa vel ejus mandato fuerint requisiti, fide corporali prestita in civitate Carnotensi prisionem tenebunt, donec fuerit satisfactum. Dicta Philippa quidquid dictus Goslinus pater meus possidebat michi quietavit, sive jure hereditario sive ratione acquiramentorum vel alio modo. Ad hec tenenda ego Thomas et fidejussores mei supranominati eidem Philippe litteras istas — dedimus sigillorum nostrorum impressionibus roboratas, anno MCCXXXIX<sup>1</sup>.

Mss. 5418 (Gaignières), f. 68. L'acte était scellé de sept sceaux en cire verte, dont cinq sont dessinés : 1<sup>o</sup> sceau rond armorié d'un écu au lion rampant à une cotice brochant sur le tout. Légende : † SIGILLUM. THOMAS. DE. BRVERIIS. MILIT'. Contre-sceau armorié du même; légende : † SECRETVM. THOMAS. DE. BRVERIIS ; 2<sup>o</sup> sceau rond équestre, le cavalier galopant à gauche, l'épée levée à la main droite, et à la main gauche l'écu armorié de 3 chevrons. Légende : † S' EVRARDI. DE. LEVESVILLA ; 3<sup>o</sup> sceau rond armorié d'un écu au lion rampant. Légende: † S' SIMON: DE: GASEREN ; 4<sup>o</sup> sceau rond brisé, armorié d'un écu à un chef. Contre-sceau armorié de même ; légende : † S' ADAMI. DE. GALARDONIS; 5<sup>o</sup> sceau triangulaire, l'écu au lion rampant chargé d'un lambel à 4 pendants. Légende: S'. JOHANNIS: MILITIS: DE: LEVGIS. Contre-sceau plus petit et en tout semblable.

<sup>1</sup> Gaignières, f. 69, donne le sommaire de la charte rédigée par « Philippa, domina Leugarum », elle ajoute une réserve pour son bien patrimonial: « Exceptis tribus modiis seminature

## CCCCLVIII

Juin 1239.

Simon de Sarceux et Nivard de Mesnil-Simon abandonnent leurs terres de Poisvilliers et de Saint-Prest à leurs tenanciers à deux sous de cens.

Universis—Simon de Sarcosa et Nivardus de Mesnolio Symonis milites, salutem — Noverint universi quod nos omnes terras arabilis que a me dicto Symone, ex parte mea, et a me dicto Nivardo, ex patre karissime uxoris mee, in terris de Piativillari et Sancti-Prisci et banleuga Carnotensi tenentur, accensivimus omnibus hominibus qui illas tenent ad campipartem vel campipartagium vel ad talliam et concedimus in perpetuum ad censem tenendas, videlicet ad duos solidos Carnotenses censuales de singulis arpensis, in granchia de Creches aut Bretigni, assentientibus karissimis uxoribus nostris Adelina<sup>1</sup> et Philippa. Insuper pro me prefato Symone, dictus frater meus Almaricus de Sarcosa, et pro me dicto Nivardo et pro dicta Odelina, karissima uxore mea, dominus Raginaldus de Gambes, frater ejusdem Odeline, milites, a quibus predicta tenemus in feodum, ad petitionem nostram manuceperunt, tanquam domini feodi. Nos Simon et Nivardus predicti et prefati Almaricus et Raginaldus assensu communi presentes litteras sigillorum nostrorum duximus munimine roborandas MCCXXXIX, mense junio.

Mss. 5418. (Gaignières), f. 84. L'acte était scellé de 4 sceaux: 1<sup>o</sup> sceau rond portant au centre un gand en pal, les doigts en bas. Légende: †S' NIVARDI: DE: MES(NIL)IO; 2<sup>o</sup> sceau rond armorié d'un écu chargé de 5 fusées. Légende: †SIGILLVM, le reste effacé; 3<sup>o</sup> sceau rond armorié, à l'écu chargé d'une fasce, accompagnée de 3 alérions, 2 en chef et un en pointe. Légende: †S'. AMAVRICI: DE:.... SIIS; 4<sup>o</sup> sceau brisé armorié à l'écu chargé d'un renard rampant. La charte avait été confirmée par l'official de Chartres.

apud Booletum de Chesiis, quas jure hereditario possidebo. » L'acte est daté du mois d'avril 1239. Au fol. 78 du même manuscrit est l'acte rédigé au nom de l'évêque de Chartres, Albéric, également du mois d'avril. » Gaignières, p. 78 et 79.

<sup>1</sup> Odelina.

## CCCCLIX

12-15 novembre 1239.

Sentence pour le prieur de la Cornouillère contre le curé de la paroisse de Hues  
au sujet des cens, champarts et dimes.

In nomine sancte et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen. Noverint universi quod cum coram nobis Petro, divina miseratione Rothomagensis archiepiscopo, questio verteretur inter Raginaldum, presbiterum de Hues, ex parte una, et priorem de Corneleya, ex altera, super eo quod cum idem presbyter medietatem habeat decimarum omnium terrarum, in quibus heredes de Hues militis defuncti capiunt, in parochia de Hues, censem vel campipartem, et cum tam dicta medietas quam aliae decimæ parochiæ ad dictum presbyterum libere pertineant de jure communi, dictus prior minus juste impediebat quominus idem presbyter prefatam medietatem ad suam granchiam traheret, trahendo videlicet medietatem dictæ medietatis in granchia in qua reponit decimam quam de facto percipit in dicta parochia de Hues, et de eadem medietate presbiteri capiebat medietatem redicimæ garbarum resolutarum, grani esgranati, fourragii, palleæ, medietatem medietatis præbendæ equorum decimam trahentium. Item sextarium et dimidium bladi pro mercede dictæ granchiæ, invito et contradicente dicto presbytero, licet nullum jus haberet faciendi prædicta. Quare petebat dictus presbiter dictum priorem sibi condemnari ad desistendum de cetero a dicto impedimento et ad reddendum prædicta quæ ipse prior de predicta medietate percipit a tredecim annis et citra, seu estimationem eorum, quæ aestimabat triginta libras Turonenses. Item dicebat dictus presbiter contra dictum priorem de Corneleya quod cum ad dictum presbyterum, nomine ecclesiæ suæ de Hues, de jure communi pertineant omnes decimæ ejusdem parochiæ, dictus prior in prejudicium et gravamen dicti presbiteri et ecclesiæ suæ prædictæ.

infra metas dictæ parochiæ, sine causa rationabili percepit illam portionem decimarum quam Herbertus de Percheio, miles defunctus, seu predecessores Mathei de Hues militis percipere solebant de facto in majori decima dictæ parrochiæ. Unde cum in prejudicium dicti presbyteri et ecclesiæ suæ dictus prior dictam portionem decimarum a viginti quinque annis et citra sine causa rationabili perceperit, cum nullum jus habeat percipiendi alias decimas in dicta parrochia, petebat dictus presbyter dictum priorem sibi condemnari ad desistendum a perceptione dictarum decimarum sive dictæ portionis decimarum, et decimarum omnium vinearum quas percipiebat idem prior in dicta parrochia, et ad reddendum eidem presbytero fructus seu estimationem fructuum quos idem prior percepit de dicta portione decimarum sive de dictis decimis, quos fructus idem prior estimabat ducentas libras Turonenses. Item dicebat idem presbyter, contra dictum priorem, quod cum dictus presbiter medietatem habebat omnium terrarum in quibus heredes Philippi de Hues, militis defuncti, capiunt in dicta parochia censem vel campipartem, et cum tam dicta medietas quam aliæ decimæ dictæ parrochiæ ad dictum presbyterum libere pertineant, de jure communi, dictus prior minus juste in dicta medietate decimorum, unum sextarium bladi percepit, licet nullum jus habeat in dicto sextario percipiendo. Quare petebat dictus presbyter dictum priorem sibi condemnari ad desistendum de cetero a perceptione predicti sextarii, et ad reddendum valorem sextariorum hactenus perceptorum, a quindecim annos et citra, quem estimabat idem presbiter quatuor libras Turonenses. Lite igitur super premissis legitime contestata, jurato de calumpnia, testibus productis diligenter examinatis, inspectis etiam literis felicis memorie Rotrodi, quondam Rothomagensis archiepiscopi, et auditis hinc inde propositis, juris ordine in omnibus observato, super decima portionis quæ fuit Gauterii de Percheio et redēcima decimæ dimidiæ partis medietatis presbiteri, eidem priori in perpetuum libere remanendis, quas petebat ab eo presbiter memoratus, quia per litteras prædicti Rotroudi, archiepiscopi, ei confirmatas invenimus, dictum priorem ab impetratiōne presbiteri per sententiam definitivam

absolvimus, ipsum priorem in tractu decimæ dicti presbiteri, in medietate garbarum resolitarum bladi esgranati, fourragii, paleæ medietatis presbiteri, in medietate medietatis prebendæ equorum decimam trahentium, item in sextario et dimidio bladi pro mercede dictæ granchiæ, nec non in sextario bladi quod prior percipiebat in portione presbiteri et in decima vinearum quæ nunc temporis sunt in villa de Hues, et prope ex parte ecclesiae citra aquam, ut presbiter libere et sine onere aliquo possit decimam suam ad granchiam suam vel ubi voluerit trahere, cum ipse presbiter, decimam suam liberam habere debeat, et quod possit premissa percipere omni contradictione cessante, sentencialiter condempnantes, a fructibus hue usque perceptis ipsum priorem nichilominus absolvendo. Datum Cornillie, feria III<sup>a</sup> post festum sancti Martini hyemalis continuata a sabbato precedenti. Anno Domini M. CC. XXX nono<sup>1</sup>.

*Archives départementales, H. 2227. — MSS. 5418 (Gaignières), f. 102.*

### CCCCLX

Juin 1239.

Remise par le chevalier Simon des Crèches des redevances qu'on lui devait  
à Noël et au Vendredi Saint.

*De XVI solidis et VII denariis et una pictavina census nobis quitatis  
a dominis de Presepibus.*

Universis presentes licteras inspecturis, ego Symon de Presepibus miles, notum fieri volo quod ego sexdecim solidos et septem denarios

<sup>1</sup> En 1745, par accord entre le prieur de la Cornouillère et les habitants de Us, il fut décidé que le clocher de l'église serait réparé, la moitié qui donne sur le chœur à la charge des gros décimateurs, dont était le prieur, et l'autre moitié du côté de la nef par les habitants.

et unam pictavinam census quem abbas et monachi de Josaphat Car-notensis, in die veneris Passionis Domini et in die nativitatis beate Marie annuatim michi reddebat, pro quibusdam terris, vineis et aliis possessionibus quas ipsi abbas et monachi possident et aliis quibusdam possidendas ad supercensum tradiderunt ; eisdem abbati et monachis, ob salutem et remedium anime mee, in puram et perpetuam elemosinam, dedi et omnino remisi cum omni jure ad dictum censum spectante et omni dominio quod habebam et habere poteram in censiva predicta, laudantibus, approbantibus et concedentibus karissimis meis Philippa conjuge, Mauricio de Presepibus, milite, fratre meo, de quo tenebam feodaliter censem supradictum. Et quia dicta Philippa, uxor mea, medietatem dicti census in dotalicium habebat, volo quod ipsa Philippa habeat et percipiat dotalicium in redditibus quos habeo apud Moncellum et apud Penchat, ad valorem dicte medietatis census supradicti. Ut autem hec mea elemosina, pro dictis abbati et monachis in perpetuum firma et inconcussa permaneat, eandam elemosinam presentibus licteris commendavi quas dictis abbati et conventui dedi, sigillo meo pro me et pro predicta Philippa conjuge mea ad petitionem ejus sigillatas. Prefatus etiam Mauritius, frater meus, ad preces meas dictam elemosinam dictis abbati et monachis, sicut dominus feodi, bona fide garantizaturum promisit et in testimonium et munimen, sigillum suum isti licteris duxit apponendum<sup>1</sup>. Actum anno gratie millesimo ducentesimo et tricesimo nono, mense junio.

Mss. 9223, n° 71, original en parchemin, muni des queues en parchemin. —

Mss. 10103, p. 99, n° 27. — MSS. 5418 (Gaignières), f. 62, avec les dessins de deux sceaux.

Mais en 1751, il fut décidé par les experts de Paris que tout le clocher était à la charge des gros déimateurs, parce que les gros piliers qui forment le clocher font le même corps de murs que celui du chœur de l'église. Mais les deux chapelles collatérales appliquées contre le chœur de l'église sont à la charge des habitants, comme ayant été construites longtemps après les murs du chœur (H. 2167, p. 156).

<sup>1</sup> Deux sceaux ronds armoiriés, le premier d'un écu chargé d'une face accompagnée de 3 aiglons aux vols éployés, 2 en tête, 1 en pointe, légende : † S : AMAVRICII : DE : PR....

## CCCCLXI

Vers 1240.

Legs fait par Galeran du Breuil à plusieurs églises.

*De legati Galerani de Brueil.*

Hoc est testamentum Galeranni de Brueil militis. In primis legat pro salute anime sue ecclesie Beati Dionisii de Brueill, ii solidos annui redditus ad luminarium <sup>et fragilitatem</sup> ejusdem ecclesie, ii solidos annui redditus pro anniversario suo faciendo. Item legat duos solidos annui censu ecclesie Sancti Laurencii, ii solidos censuales singulis annis in censibus quos Johannes Sutor debet, ita videlicet quod dictus Johannes Sutor solvet singulis annis hos v solidos die jovis absoluti. Item legat ecclesie de Fonte-Corquelleini, domui Sancti Laurentii supradicte et campipartem quem habet in terris Sancti Laurentii, ita quod monachi Deo servientes apud Sanctum Laurentium celebrabunt qualibet die lune pro anima ipsius unam missam pro fidelibus. Item legat vi libras ad ii annales faciendos super vineam de Meisi, ita quod si dicte vi libre super dictam vineam assumi non poterint, assumantur super vineam de Brueil. Item legat domui Sancti Laurentii equum suum et omnes armaturas suas ad unam casulam faciendam. Item quitat hominibus suis talliam quam debent. Et si heredes sui contra hec ire voluerint, concedit in elemosinam quintam partem omnium conquestuum suorum. Item legat omnem partem suam mobilium suorum pauperibus, debitibus suis prius persolutis. Hujus autem testamenti constituit exequ-

SIIS : ; le deuxième, d'un écu à la face fuselée, légende : † SIGILLVM : SIMON DE : SARCOVSE. Ce dernier qui appartient évidemment à Simon de *Presepibus*, laisserait supposer qu'il portait également un autre nom, celui de *Sarceux*? En rapprochant cette charte du n° CCCCLVIII ci-dessus, cette supposition devient plus forte. Crèches, dont il s'agit ici est un ancien fief, du hameau de Gorget, voisin de Josaphat, de Penchat. Or, Simon de Sarceux possédait Crèches, sa femme s'appelait Philippa.

tores priorem Sancti Laurentii et Johannem de Semevilla, militem.  
In cuius rei testimonium predictus Galerannus presens scriptum  
sigillo suo sigillavit.

Mss. 5418 (Gaignières), f. 106 : « scellé en cire blanche ». Le sceau armorié,  
à peine indiqué, porte deux fasces et un chef chargé de 3 coquilles.

*Archives d'Eure-et-Loir*, H. 2212, parchemin, daté dans l'*Inventaire* « de vers  
1240 ».

## CCCCLXII

Mai 1240.

Donation de deux muids et neuf setiers de blé sur ses terres du Boullay-d'Achères  
par Philippa, dame de Lèves.

Universis Philippa, relicta defuncti Gosleni quondam domini Leugarum, salutem in Domino. Noveritis quod ego, de assensu nobilis viri Thome, domini Leugarum, dono in elemosinam ecclesie Beate-Marie de Josaphat Carnotensis quasdam meas terras sitas apud Boilettum de Chesiis<sup>1</sup>, duos modios et novem sextarios seminis ad mensuram Carnotensem capientes. Datum anno Domini MCCXL, mense maio<sup>2</sup>.

Mss. 5418, (Gaignières), f. 50 : Scellé en cire verte sur lacs de parchemin.  
Le sceau ogival représente une femme debout, les mains étendues sur la poitrine. Légende : + S'. PHILIPPE. DOMINE : LEVGARVM.

<sup>1</sup> En 1254, une lettre de l'official de Chartres, atteste qu'en sa présence Guillaume de Brishe du Boullay-d'Achères a reconnu avoir pris à ferme, de Godefroy de Meslay, écuyer, une certaine terre au Boullay des Chaises... (*Bibl. de Chartres*, mss. 1517.)

<sup>2</sup> Cet acte fut renouvelé en 1242 : « Omnibus... Ego Margarita... de cujus feodo res predictae movent, quondam vicedomina Carnotensis... Noverint quod Philippa, etc... tanquam domina feodi me garantizaturam promisi... Datum anno Domini MCCXL secundo; mense julio. » (Mss. 10103, p. 89. — MSS. 5418, (Gaignières), f. 78. — *Biblioth. de Chartres*, MSS. 1517, p. 192.)

## CCCCLXIII

Août 1240.

Les religieux de Josaphat s'engagent à célébrer chaque jour au maître autel de leur église la messe pour Philippa, dame de Lèves.

Universis presentes litteras inspecturis, Garnerius, abbas Beate-Marie de Josaphat Carnotensi totusque conventus, salutem. Attendentes devocationem quam karissima nostra in Christo Philippa, quondam nobilis domina Leugarum habet erga nos et ecclesiam nostram, promisimus ut apud nos in majori ecclesia ad altare apostolorum missa quotidie celebretur pro ejus quiete, cum ab hac vita migraverit anima, et pro animabus Guillermi de Pissiaco et Lucie uxoris ejus, patris et matris Philippe, Roberti et Guillelmi, Beatricis et Gile fratribus et sororum ipsius Philippe, Guillermi Moreherii et Gosleni quondam domini Leugarum, maritorum ipsius Philippe ; predicta vero Philippa, in elemosinam dedit nobis duos modios et novem sextarios seminis terre apud Boletum de Chesiis et centum libras Turonenses, ad emendos redditus. Actum anno gracie MCCXL, mense augusto.

Mss. 5418 (Gaignières) f. 50 ; l'acte était scellé de 2 sceaux en cire verte.

## CCCCLXIV

Février 1240 (N.-S. 1241.)

Bail des menues dîmes de Saint-Piat au curé de cette paroisse.

Omnibus tam presentibus quam futuris, Albericus, divina miseratione Carnotensis episcopus, salutem in Domino. Noverint universi quod religiosi viri G. abbas de Josaphat Carnotensi, ejusdemque loci

conventus, duas partes minutarum decimarum parrochie Sancti Piatii et duas partes omnium oblationum quatuor principalium sollempnitatum, scilicet sancti Petri, omnium sanctorum, natalis Domini et Resurrectionis dominice, tradiderunt coram nobis ad firmam Guillermo, persone et presbitero ecclesie Sancti Piatii, quamdiu fuerit persona dictae ecclesie, pro LX solidis Carnotensisbus reddendis annuatim... sigilli nostri munimine duximus roborandas, MCCXL, mense februario.

Mss. 9223, n° 72, original en parchemin.

### CCCCLXV.

Février 1240 (N.-S. 1241)

Jean de Boutervilliers donne 18 setiers de blé et deux muids de vin au prieuré de Chalo; son fils Jean ajoute 18 autres setiers de blé, à charge de services religieux dans la chapelle de Boutervilliers.

*Confirmatio Alberici, Carnotensis episcopi, super tribus modiis bladi quos dederunt Johannes et Johannes ejus filius domini de Boterville, priori et persone de Chaloto.*

Universis presentes litteras inspecturis A. miseratione divina Carnotensis episcopus, salutem in Domino. Noverint universi quod cum Johannes, quondam dominus de Boterville, concessisset et contulisset, ob remedium anime sue et anteressorum suorum, decem et octo sextaria bladi anni redditus percipienda in campiparte sua de Botainville, et duos modios vini pede pressi, in clauso suo de Stampis, priori et presbytero Sancti-Medardi de Chaloto, ita quod dicti prior et presbiter tenerentur celebrare missam per quinque dies in septimana, in capella de Boterville<sup>1</sup>. Postea Johannes de Boterville, miles, filius

<sup>1</sup> Procès-verbal pour obtenir l'érection de la chapelle de St Jean de Boutervilliers en paroisse. Le curé aura une gerbe de dîme sur chaque arpent valant 120 livres, plus les fonda-

Johannis prædicti, divino intuitu ductus, redditum cupiens augmentare, contulit et concessit in puram et perpetuam elemosinam dictis priori et presbitero alia decem et octo sextaria bladi, ita quod quicumque erit dominus de Boterville, in campiparte sua de Boterville, sine aliqua deterioratione, tres modios bladi in solidum tenebitur solvere annuatim equaliter priori et presbitero supradictis, et duos modios vini pedepressi annuatim faciet reddi a priore Elemosine Beate-Marie Stampensis in clauso supradicto. De cetero vero dicti prior et presbiter singulis diebus tenebuntur celebrare missam in dicta capella, scilicet presbiter per se vel per capellanum suum in septimana sua, et dictus prior per se vel per socium suum in septimana sua: tenebuntur et dicti prior et presbiter celebrare vespertas hora competenti in sex festis in anno in dicta capella, scilicet quilibet eorum prout festum evenerit in septimana sua, quæ festa sunt hec: vigilia Nativitatis Domini, vigilia Resurrectionis Domini, vigilia Pentecostes, vigilia sancti Johannis-Baptiste, vigilia Assumptionis Beate Marie et vigilia Omnium-Sanctorum. Preterea dictus Johannes, filius predicti Johannis, contulit et concessit in puram et perpetuam elemosinam dictis priori et presbitero quatuor sextaria bladi anni redditus percipiendi equaliter ab illo qui dominus erit de Boterville, quicumque sit, annuatim, in dicta campiparte sine aliqua deterioratione pro aniversariis patris sui et matris sue in dicta ecclesia de Chaloto perpetuo celebrandis. Ad predictos autem redditus reddendos, ut dictum est, dictus Johannes filius se et heredes suos in perpetuum obligavit. Et nos ad petitionem dicti Johannis et Garnerii, tunc abbatis de Josaphat, patroni dictarum ecclesie et capelle, et Gaufridi persone et presbyteri dicte ecclesie, presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Carnoti anno Domini M. CC. quadragesimo, mense februario.

*Archives d'Eure-et-Loir, parchemin. — MSS. (Gaignières) f. 86.*

tions, 10<sup>tt</sup>; plus 18<sup>tt</sup> dues par le curé, les messes qui vaudront 200<sup>tt</sup>, etc., soit 430<sup>tt</sup> en total sans les droits curiaux, laquelle cure sera une des meilleures, attendu la grande dévotion aux chapelles St Jean et Notre Dame de toutes aides de Bouterville. 1626. (*Archives départementales d'Eure-et-Loir*, H. 2167, p. 256.)

## CCCCLXVI.

Septembre 1241.

Accord avec Ernault de Saint-Prest pour quelques dimes et champards sis à  
Saint Prest.

Universis — officialis Carnotensis — cum contentio esset inter  
abbatem et conventum de Josaphat, ex una parte, et Ernaudum de  
Sancto-Prisco et Ysabellam ejus uxorem, ex altera, super quibusdam  
censivis nec non super decimis et campipartibus et aliis redibentii  
apud Sanctum-Priscum, de quibus censivis Guillelmus de Sancto-  
Prisco miles tenet quamdam terram, quæ vulgariter nominatur terra  
stagni, de qua debet duos solidos annui census — terminant — Gosle-  
nus frater dicti Ernaudi — MCCXLI, mense septembri.

Mss. 5418 (Gaignières), f. 82.

## CCCCLXVII

1242.

Ebrard de Pisseloup approuve l'aumône faite par son cousin Garin de tout son héritage à Josaphat.

*Concessio Ebrardi de Pisselou de elemosina quam fecit Garinus filius domini Carauni militis.*

Petrus, Carnotensis curie officialis, omnibus ad quos littere presentes  
pervenerint, in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod  
Ebrardus de Pisselupo, miles, in nostra presentia constitutus, recogno-  
vit se quitasse et in puram et perpetuam elemosinam concessisse mona-  
chis de Josaphat elemosinam quam Garinus, ejus consobrinus, ibidem  
monachus factus, de hereditate sua fecerat, et calumpniam quam occa-

sione hujus elemosine contra eosdem monachus moverat, penitus dimisso. Promisit, etc. In cuius rei memoriam et munimen ut firmum et stabile perseveret, presentes litteras dedimus, auctoritate sigilli curie Carnotensis in perpetuum confirmatas. Actum anno gratie M° CC° XL° II°.

Mss. 10103, f. 65, n° 169.

### CCCCLXVIII

1242.

Guillot de Boteri et son frère Jean avouent détenir une 8<sup>e</sup> partie de l'héritage de Garin de Boteri, chanoine de Chartres, et devoir à ce titre à Josaphat 9 deniers de rente.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie Carnotensis salutem in Domino. Noveritis quod... Guillotus de Boteri et Johannes de Boteri, fratres, confessi sunt quod Garinus de Boteri quondam canonicus Carnotensis, legavit abbati Beatae Mariæ de Josaphat XII solidos redditus super hereditate dicti Garini... et confessi sunt quod tenent medietatem quarte partis hereditatis dicti defuncti... pro quo tenentur ad IX denarios quos... promiserunt se reddituros... et de tempore preterito debent IV solidos... anno Domini M. CC. LX secundo.

Mss. 9223, n° 75, original en parchemin.

### CCCCLXIX

Novembre 1244.

Attestation par les moines de Josaphat que les confrères de Beaulieu en recevant comme lépreux un moine de Josaphat ont agi en toute liberté et que cela ne constitue pas un droit en faveur des moines.

*Quod non debemus recipere nullos monachos de Josaphat.*

Omnibus presentes litteras inspecturis, humilis abbas Dei patientia Beate Marie de Josaphat totumque ejusdem loci humile capitulum,

salutem in Domino. Noverint universi quod propter graciam quam religiosi viri prior et fratres Belli-Loci Leprosorum Carnotensis, dilecti nostri, nobis faciunt de recipiendo in domo sua Belli-Loci quemdam fratrem nostrum leprosum, nolumus quod propter hoc eisdem priori et fratribus nec domui Belli-Loci prejudicium in aliquo generetur, nec quod nobis, propter receptionem istam fratris predicti jus aliquod acquiratur, concedentes priori Belli-Loci specialiter et expresse auctoritatem et plenariam potestatem quod ipse predictum fratrem nostrum tanquam unum de fratribus suis sibi subditis possit castigare seu corrigere, quamdiu idem frater manserit in domo Belli-Loci. Et ne propter receptionem istam possimus in domo Belli-Loci jus aliquod reclamare, nec successores nostri, nos in ipsis presentibus litteris confitemur quod predicti prior et fratres Belli-Loci aliquem fratrem nostrum recipere nisi voluerint non tenentur. Insuper predictis priori et fratribus, in testimonium et munimen omnium predictorum, istas presentes tradidimus litteras sigillorum nostrorum munimine sigillatas. Actum anno Domini M° CC° XL° quarto, mense novembri.

*Bibliothèque de Chartres, Cartul. noir, p. 57. — Publiée par R. Merlet, Cartulaire de la Léproserie du Grand Beaulieu, n° 331, p. 140.*

### CCCCLXX

Mai 1246.

Eustache de Montchevrevuil, écuyer, confirme le don de 20 boisseaux de blé méteil et de 32 deniers et une obole de rente annuelle sur la grange du Perchay, au prieuré de la Cornouillère pour l'anniversaire de sa mère Blanche et de son frère.

Universis presentes litteras inspecturis ego Eustachius de Monchevrel, scutifer, salutem in salvatore omnium. Universitati vestræ notum facio quod ego volui et concessi et presentium tenore confirmavi elemosinam factam domui religiosæ de Cornelia et monachis ibidem Deo servientibus pro anniversariis Blancæ, quondam dilectissimæ

matris meæ et fratris mei carissimi in dicta domo singulis annis facientis, videlicet decem boessellos mistolii pro matre mea et totidem pro fratre meo, in granchia mea de Percheio, super partem meam singulis annis in festo sancti Remigii a dictis monachis vel mandato eorum in perpetuum percipiendos. Similiter prædicti monachi triginta duos denarios et obolum accipient annuatim in censu de Percheio super partem meam in festo superius memorato. Et ne super hoc dicti monachi ab heredibus meis possint in posterum molestari, presentes litteras sigilli mei testimonio confirmavi. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, mense maii.

*Archives d'Eure-et-Loir*, copie en papier. H. 2237 et 2167. — MSS. 5418 (Gaignières), f. 102.

## CCCCCLXXI

1247.

Mathieu, évêque de Chartres, du consentement de l'abbé de Josaphat, des deux curés qui estoient en la paroisse d'Ablis n'en laisse qu'un et faict que celui qui reste donne à l'autre sa vie durant une pension de 15 livres, 1247<sup>1</sup>.

*Archives départementales d'Eure-et-Loir*, H, 1983.

<sup>1</sup> En 1330, le pape Jean XXII, à la prière du roy Philippe de Valois, unit les dixmes de la paroisse d'Ablis au monastère de Josaphat, à condition de donner au vicaire perpétuel une pension congrue pour se nourrir et faire les charges de ladite cure. La bulle est datée d'Avignon, l'an 17 de son pontificat, laquelle bulle fut fulminée par Emericus, evesque de Chartres l'an 1333.

Le 19 février 1334, le sous-doyen du Chapitre, Sobrand de Belcastel, remplissait à cette occasion le rôle de commissaire délégué par l'évêque. « Soberanus de Bellocastro, subdecanus ecclesie Carnotensis, commissarius seu subdelegatus a domino Aymerico episcopo Carnotensi. (Gaignières, mss. 5418, f. 115). Gaignières donne le dessin soigné du sceau du délégué sur cire verte. Sceau ogival sur lequel est gravé sous une arcade ogivale trilobée une vierge tenant de la main droite un lys fleuri et sur le bras gauche l'enfant Jésus, accostée de 2 écussons chargés d'un château à trois tours ou crénelé. Légende : S' SOBRIAN . DE . BELLO . CASTRO . SUBDECANI . CARNOTENS.

## CCCCCLXXII

9 novembre 1247.

Le pape Innocent IV décharge pour l'avenir l'abbaye de Josaphat de toute imposition forcée de pension.

Innocentius, episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis abbatii et conventui Beatae-Mariæ de Josaphat Carnotensi, ordinis sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem. Paci et tranquillitati vestræ paterna imposterum sollicitudine providere volentes, devotionis vestræ precibus inclinati, autoritate vobis præsentium indulgemus, ut ad receptionem seu provisionem alicujus in pensionibus vel ecclesiasticis beneficiis compelli de cetero per litteras apostolicas non possitis, quæ de hac indulgentia plenam non fecerit mentionem. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hæc attentare præsumpsert indignationem omnipotentis Dei et b. Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Lugduni, Vidus novembris, pontificatus nostri anno IV.

Mss. 12677, f. 63 v°. Non signalée par Elie Berger dans les *Registres d'Innocent IV*, ni par Potthast, « Regesta Pontificum Romanorum. »

## CCCCLXXIII

Décembre 1237.

Alain de Corserau approuve la donation faite par Ameline sa mère et Eustachie son aïeule pour leur anniversaire de quatre setiers de blé sur le moulin de Chaume.

Universis presentes litteras inspecturis, ego Alanus de Corseraus armiger notum facio quod Amelina, quondam mater mea, et Eustachia, quondam mater ipsius Amelinæ, dederunt et concesserunt in puram et perpetuam elemosynam abbatii et conventui Beate-Mariæ de

Josaphat, pro anniversariis eorumdem in monasterio de Josaphat, singulis annis faciendis, quatuor sextaria bladi anni redditus percipienda in festo sancti Remigii, ad mensuram Carnotensem, et valorem loci, in molendino quod vocant de Checelmo Carnotensi, apud Pontem-Magnum, juxta domum Roberti Pingnel sito... in illa parte quam ego percipio in dicto molendino, ratione et nomine Johanne pupille neptis mee quam habeo in ballo meo, custodia sive tutela. Volo insuper et concedo quod molendinarius qui pro tempore erit... reddat dictos quatuor sextarios bladi... Preterea dictus Robertus Pingnel, ad petitionem meam, fide media, promisit se redditum dictos quatuor sextarios bladi... singulis annis, quamdiu tenebit ad admodiationem dictum molendinum... Predictam autem elemosinam... a dictis Amelina et Eustachia nunc defunctis factam ego volo, concedo, approbo... Promitto etiam, sub religione prestite fidei, me procuratum dictam Johannam pupillam, cum ad legitimam etatem pervenerit et antequam matrimonio copuletur, quod ipsa Johanna dictam elemosynam concedet et ratam habebit... Et insuper ego obligo in contraplegium terram meam quam habeo apud Auronvillam... si dicta Johanna noluerit concedere... Pro premissis autem... dicti abbas et conventus dederunt michi XL solidos Carnotenses... Presentes dedi litteras sigillo meo sigillatas. Datum anno M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> quadragesimo septimo, mense decembri.

*Archives d'Eure-et-Loir*, H. 2033, Vidimus en parchemin. — MSS. 5418 (Gaignières) f. 63 et 87<sup>1</sup>.

#### CCCCLXXIV

Juillet 1248.

Guillaume, vidame de Chartres, donne à Mathieu son frère la terre de Montpoupon et de Séville et 30 livres de rente sur le péage de Montrichard, lui provenant de l'héritage de son frère Geoffroy.

Omnibus... Guillelmus vicedominus Carnotensis, miles, et Johanna ejus uxor — Noveritis quod nos dilecto fratre nostro Matheo militi,

<sup>1</sup> Gaignières donne le sommaire suivant d'un autre acte : «Officialis Carnotensis — Johanna

filio defuncti Gaufridi, quondam vicedomini Carnotensis, damus pure et libere quitavimus quidquid habemus apud Monpoupon et apud Seville et insuper XXX libras annui redditus in pedagio de Montetrichardi, ex successione prefati Gaufredi, cui ego Guillelmus in rebus predictis jure hereditario dinoscor successisse — sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari — anno Domini MCCXLVIII, mense julio.

Mss. 9223, n° 73, parchemin, sceau perdu. — MSS. 5448 (Gaignières) f. 64, avec le dessin du sceau rond, armorié d'un écu chargé de deux fasces à l'orle de 8 merlettes. Légende : + S' GVILL : VICE : DNI : CARNOTENS' MILIT'.

## CCCCLXXV

Juillet 1248.

Robert Pelu d'Avelu donne à Michel et Pierre de Boursières un hébergement à Havelu pour 10 sols Parisis de cens.

Universis presentes litteras inspecturis, Robertus Pelu de Avelu, miles, salutem in Domino. Noveritis me dedisse et concessisse Michaeli de Borseriis et Petro de Borseriis fratribus et heredibus eorum, quodam herbergamentum situm apud Avelu, quod fuit Alberici dicti militis, cum duodecim arpensis terre dicto herbergamento pertinentibus, in parrochia de Avelu sitis, pro decem solidis Parisiensium censualibus in festo beati Remigii, mihi vel heredibus meis apud Avelu, pro omnibus servitiis annuatim persolvendis. Possidebunt itaque dicti Michael et dictus Petrus de Borseriis et eorum heredes dictum herbergamentum cum dicta terra ab omni tallia, corveia, campiparte et ab omni communitate ville immunes. Quod ut ratum et firmum permaneat ego predictus Robertus Pelu de Avelu, miles, presens scriptum

filia Vincentii de Corserault nunc defuncti, heres Marie de Mulcent et Ameline ejus filie nunc defunctorum — possidet molendinum apud Pontem Magnum in feodo — Petri de Malonido militis — dedisse abbati de Josaphat — 1257, mense julio. »

sigilli m<sup>e</sup>i munimine roboravi. Datum anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XL<sup>o</sup> octavo, mense julio<sup>1</sup>.

*Archives d'Eure-et-Loir*, H. 2159, parchemin, sceau perdu.

### CCCCLXXVI

3 juillet 1248, Le Plessis.

*De vinea sita in territorio de Felarville.*

Thomas, seigneur des Bruières et de Lèves, donne à Josaphat tous ses droits sur la vigne de Felarville et permet aux moines de clore de murailles leurs prés de Josaphat, pourvu que cette clôture ne puisse nuire à ses moulins.

Universis presentes licteras inspecturis. Ego Thomas miles, dominus Brueriarum et Leugarum, notum facio, quod elemosinam quam bone memorie karissimus pater meus Goslenus fecit monachis Beate-Marie de Josaphat Carnotensis, de vinea sita in territorio de Felarville, volo, approbo et concedo. Et si quid juris habeo vel habere possum in predicta vinea, in censu, pressoragio vel quolibet alio dominio, eisdem monachis quito, penitus et dimicto. Preterea volo et concedo quod predicti monachi prata sua de Josaphat muris lapideis possint claudere. Ita quod cursum aque molendinorum meorum de Leugis non immediat clausura supra dicta. Hoc autem voluerunt et concesserunt karissima uxor mea Agnes et Johannes primogenitus meus. Ut autem hec in posterum firma et inconcussa permaneant, predictis monachis licteras istas dedi, sigilli mei munimine pro me et pro predictis Agneta uxore mea et filio meo Johanne, ad petitionem istorum, in perpetuum robatas. Actum anno gratie millesimo ducentesimo XL<sup>o</sup> octavo, vigilia beati Martini estivalis, apud Plesseiun, juxta Bruerias.

Mss. 10103, p. 101. N<sup>o</sup> 29, — *Archives départementales*, H. 1483 et 2075.

<sup>1</sup> Au xv<sup>e</sup> siècle Josaphat possédait à Havelu la métairie des Tasses, comprenant 180 arpents, et au xviii<sup>e</sup> siècle une rente de deux chapons et de 7 deniers de cens sur une maison audit lieu. (*Arch. dép.*, H. 2160 et 2161).

## CCCCLXXVII

Décembre 1248.

Mathieu Deschamps, évêque de Chartres détermine les dimes novales de l'abbaye de Josaphat et celles du curé de Saint-Arnoult, sur le territoire de cette paroisse.

Matheus, divina miseratione Carnotensis episcopus, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noveritis quod cum inter Johannem, rectorem ecclesie Sancti-Arnulphi in Pertico, ex una parte, et viros religiosos abbatem et conventum Beate-Marie de Josaphat Carnotensi, ex altera, contentio verteretur super decimis novalium factorum et faciendorum infra fines parrochie dicte ecclesie Sancti-Arnulphi, quas dicebat dictus rector ad ecclesiam suam Sancti-Arnulphi et ad ipsum, nomine ecclesie sue, de jure communi pertinere; dicti abbate et conventu dicentibus quod supra illis facta fuerat compositio inter ipsos et Matheum, quondam presbiterum<sup>1</sup> et personam dicte ecclesie, predecessorum dicti rectoris, coram venerabili viro Stephano, ejusdem loci archidiacono, quondam auctoritate et consensu bone memorie Galteri, predecessoris nostri,... Tandem intervenientibus amicis... et nostra interveniente auctoritate et assensu, compositum est in hunc modum: quod dicte decime novalium factorum et faciendorum, infra fines dicte parrochie, quicumque eas habeant vel teneant;... remanebunt quite et libere abbati et conventui, decime autem omnes minores seu minute, videlicet decime agnorum et porcorum et anserum et equorum et aliorum animalium omnium, preterquam de animalibus dictorum abbatis et conventus que nutrientur propriis sumptibus eorumdem, et decime volatilium et lini et canabi, et vellerum, et pellium, et lanarum, et aliorum fructuum, nec non decime pisorum et fabarum, et veciarum, et ordei, et aliorum legu-

<sup>1</sup> Voir Charte CCCCXXXVIII datée d'octobre 1232.

minum crescentium in ortis masurarum infra fines dicte parrochie, erunt dicti Johannis rectoris, et in perpetuum eujuslibet rectoris qui pro tempore fuerit, ita quod dictus Johannes et successores ejus in dicta ecclesia qui pro tempore fuerint omnes dictas decimas minores sive minutias, in quibus dicti abbas et conventus solent percipere duas partes et rector dicte ecclesie tertiam partem, similiter et oblationes panum in quibus dicti abbas et conventus percipiebant duas partes in tribus festi annalibus : Natali Domini et Pascha et Pentechoste, et oblationes candelarum in quibus dicti abbas et conventus percipiebant, in Natali Domini, ad duas priores missas que de nocte celebrantur, duas partes candelarum et dictus rector tertiam partem de cetero percipient sine contradictione. Quas quidem omnes decimas minores nec non et oblationes supradictas quittaverunt simpliciter et absolute dicti abbas et conventus coram nobis, presentibus in capitulo Beate-Marie de Josaphat prefatis Johanne rectore et successoribus ejus ... et nichilomimes iidem abbas et conventus dicto Johanni et successoribus... tres modios et dimidium avene, reddent et persolvent... Preterea idem Johannes, pro se et ecclesia sua quittavit et concessit in perpetuum predictis abbati et conventui omnes antiquas decimas pre-fatae ecclesie Sancti-Arnulphi et quidquid juris in eisdem decimis ratione ecclesie sue habebat vel habere poterat<sup>1</sup>... Actum anno Domini M CC XL VIII, mense decembri.

*Archives d'Eure-et-Loir, H. 2122, parchemin.*

<sup>1</sup> La terre de Saint Arnoult fut aliénée en 1619 aux seigneurs dudit lieu, dont le château était proche de l'église et encore en entier en 1414 mais était ruiné en 1446. Il reste encore les deux anciennes tours de la porte d'entrée Voici les noms de quelques seigneurs :

Jacques de Reimbert, 1619, à qui Jacques Gaudrion, abbé, aurait aliéné la terre de Saint-Arnoult pour 245 livres de rente.

Joachim de Reimbert, 1647.

Jacques de Reimbert, 1670 ; il aurait été en cette même année, le 16 janvier, condamné à mort civilemen par sentence de l'intendant d'Orléans et du pré-sidial de Chartres ; il avait épousé Madeleine de Chambray.

Jeanne Angélique de Reimbert, dame de la moitié de la seigneurie de Saint-Arnould, 1681.

Marguerite de Reimbert, dame de l'autre moitié, 1681.

## CCCCCLXXVIII

Juin 1249.

Vente par Robert de Rutz, pour 29 livres 5 sols, de 12 deniers de cens  
sur la grange de Borville et d'une terre à Sérazereux.

Universis presentes litteras inspecturis. Matheus, miseratōne divina Carnotensis episcopus, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod in nostra presentia constitutus Robertus de Rues, miles, vendidit in perpetuum... viris religiosis abbati et conventui Beate-Marie de Josaphat Carnotensis, pro viginti novem libris et quinque solidis Carnotensibus, de quibus dictus Robertus recognovit coram nobis se gratum suum habuisse... duodecim denarios annui census quos iidem abbas et conventus solebant annuatim... reddere dicto Roberto et Mathildi, ejus uxori, pro grangia... sita apud Boarvillam, in parochia de Cesasereux... et quamdam peciam terre site retro dictan grantchiam usque ad metas terrarum defunctorum Hugonis de Morvilles, quondam armigeri, et quartam partem grosse decime, quam dicti abbas et conventus, Robertus et Mathildis et Guillelmus de Thyverval miles insimul percipiunt... Promisit etiam dictus Robertus sub pena decem librarum quod quam cito Girardus et Robertus, filii sui, ad etatem legitimam pervenerint, ipse procurabit quod ipsi dictam venditionem approbabunt. — Preterea prenominata Mathildis, uxor dicti Roberti... de cuius Mathildis hereditate res vendite movebant,... venditionem istam... coram fideli nostro magistro Guillelmo de Foresta,

Jacques de Reimbert, 1712.

Claude du Teiller, chevalier, seigneur de Saint-Arnould, 1725, épousa Marthe du Bois des Cours.

Marie-Marthe du Teillier, épouse de Gabriel de Fontenay, seigneur de la Noue, 1725.

Henri de Durcet, capitaine de grenadiers au régiment de la Motte, demeurant à Courville, seigneur de Saint-Arnould, qu'il avait acheté en 1736, de Marthe du Bois des Cours ; ce dernier épousa Antoinette de Tarragon.

officiali nostro Carnotensi... approbavit... Henricus vero presbiter de Cerasereus, in cuius parrochia dicta decima sita est... dictam venditionem approbavit... Pro qua approbatione... facienda a dicto Henrico dictus Robertus in recompensationem juris, si quod habebat idem Henricus, dedit et concessit eidem Henrico presbytero et ejus successoribus, in ecclesia de Cerasereus quartem partem minute decime in villa de Boarvilla... Nos autem... approbamus... et.. presentes litteras dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini millesimo ducentisimo quadragesimo nono, mense junio !.

*Archives d'Eure-et-Loir, parchemin, H. 2033 et 2127. — MSS. 5418, (Gaignières) fol. 80.*

## CCCCCLXXIX

Février 1249, N. S. 1250

Fondation d'un anniversaire par le clerc Pasquier.

Universis — Officialis Carnotensis — magister Pasquerus clericus venerabilis viri Gaufredi de Orevilla, canonici Carnotensis, concessit in perpetuam elemosinam Beate-Marie de Josaphat IV pecias terre, quas habet apud Quinque-Ulmos, sub dominio Michaelis de Clusovilari, militis, pro anniversario suo. MCCXLIX, mense februario.

MSS. 5418 (Gaignières), f. 87.

<sup>1</sup> Les seigneurs féodaux, soit : « Hemericus dictus Morehier, armiger » et « Guillelmus de Rufino, miles », approuvèrent cette vente à la même date. (*Archives départ. d'Eure-et-Loir, H. 2157, — mss. 5418 (Gaignières) f. 80.*) Gaignières donne le dessin du sceau armorié de Guillaume de Rufin : sceau rond à l'écu chargé d'une barre, accompagnée de 6 merlettes en orle. Légende : + SIGILL : GVILLELMI : DNI : DE : RVFINO : MILITIS.

En 1478, Jean Sorel, chanoine de Chartres, achetait 13 arpents de terre à Borville, dont il payait le rachat à Guillaume des Feugerais, seigneur de Vacheresses-les-Basses, et les léguait en 1480 à l'abbaye de Josaphat. (*Archiv. d'Eure-et-Loir, H. 2155.*)

## CCCCLXXX

Vers 1250.

Richard, seigneur de Bantelu, approuve la donation de ses prédécesseurs  
au prieuré de la Cornouillère.

Noverint universi — quod ego Richardus, dominus de Bandellu,  
miles, assensu domine uxoris mee, quamdam elemosinam a predeces-  
soribus meis collatam ecclesie sancte Trinitatis de la Cornolaie, tres  
solidos Parisienses censuales annuos super porprisuram Roberti filii  
Alfredi, concedo et confirmo ob salutem anime mee et antecessorum et  
amicorum meorum.

Mss. 5418 (Gaignières) f. 101 avec le dessin du sceau ogival armorié d'un  
écu chargé d'une fasce accompagnée de 6 merlettes en orle. Légende :  
+ SIGILLVM : RICHARDI : DE : BANTEL LV.

## CCCCLXXXI

Novembre 1250.

Bornage par arbitres de la dîme du Chapitre de Sainte-Croix d'Orléans dans  
une pièce de Limoron, dite Devers Villemars.

Universis presentes litteras inspecturis, frater Johannes humilis  
abbas Beate Marie de Josaphat Carnotensis, totusque ejusdem loci  
conventus, salutem in Domino. Noverint universi quod cum esset con-  
tentio inter nos et priorem nostrum de Lymoron, ex una parte, et  
venerabiles viros decanum et capitulum Aurelianenses, ex altera,  
super decima cujusdam petie culture de Lymoron que cultura dicitur  
cultura deversus Villemarz, et de dicta contencione compromissum  
esset a partibus in venerabiles viros magistrum Galterum de Feu-  
cheroliis, Aurelianensem canonicum, et Herveum, priorem Sancti

Paterni Aurelianensis, fratre Stephano Baatel, de ordine fratrum minorum, tercio cum eis nominato a partibus et electo, receptis testibus et attestationibus publicatis, tandem priore de Sancto Paterno infirmitate detento et committente aliis vices suas, de consensu partium, dicti Galterus et frater Stephanus accesserunt personaliter ad Lymoron et ad terram de cuius decima contentio movebatur, qui pro bono pacis, presente Girardo, priore nostro de Lymoron et consentiente, ita ordinaverunt quod posuerunt tres metas ex transverso dicte culture, sicut protenditur versus Lymoron, videlicet duas ad duo capita et unam in medio, figentes eas in divisionem decimationis Sancte Crucis Aurelianensis, ita quod ecclesia Aurelianensis et decimatores sui habebunt, percipient et prosequentur pacifice et quiete decimam per totam dictam culturam, sicut protenditur deversus Villemarz usque ad illas tres metas, et ulterius in aliis terris de Lymoron decimam non poterunt reclamare. Nos vero ordinationem eorum et positionem metarum ratam et gratam habentes, promittimus nos eam firmiter observatuos et nullatenus nos contra venire. Datum anno Domini M. CC. quinquagesimo, mense novembri.

*Cartulaire de Sainte-Croix d'Orléans*, p. 384.

### CCCCLXXXII

Février 1250, N. S. 1251.

Jean seigneur de la Roche, permet au prieur de la Cornouillère de tirer le plâtre de sa vigne.

Universis — Johannes, dominus de Ruppe, miles, salutem — Dedi licentiam et concessi priori de Corneleia et monachis in eadem domo Deo servientibus quod trahant vel trahi faciant per VI annos plastrum in vinea sua sita apud Valles, in territorio de Plasteriis, que movet de (me). Ita quod percipiam vel serviens meus loco mei tertium dena-

rium de venditione plastri quod trahetur in vinea supradicta. Sigilli  
mei testimonio confirmavi. Actum anno Dei MCCL, mense februario.

Mss. 9223, n° 74, parchemin — MSS. 5418 (Gaignières) f. 101, avec le dessin  
du sceau équestre brisé. La partie supérieure du cavalier nous le montre  
tenant l'épée haute de la main droite et à la main gauche le bouclier armorié  
d'un écu à 5 cotices. Contre-sceau armorié de même.

### CCCCCLXXXIII

20 mars 1250, N. S. 1251.

Sentence qui condamne le chevalier Nicholas de l'Eau à restituer à Josaphat la moitié  
des dimes du Champ de Gilot, dit le Camu, paroisse de Saint-Germain, près Cour-  
ville, estimée à la somme de 4 sous.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen.

Proponentibus in jure coram nobis abbate et conventu Beate-  
Marie de Josaphat Carnotensis, nomine monasterii sui, contra Nicho-  
laum de Aqua<sup>1</sup>, militem, quod cum dicti abbas et conventus diu fuis-  
sent et essent in possessione vel quasi juris percipiendi annuatim  
medietatem decimarum crescentium in campo Giloti, dicti le Camu,  
in parrochia Sancti-Germani, juxta Curvavillam. Dictus Nicholaus  
dictos abbatem et conventum de dicta possessione vel quasi jure per-  
cipiendi dictam medietatem dictarum decimarum crescentium in dicto  
campo spoliavit, capiendo, levando vel absportando, in augusto ultimo  
preterito, totam decimam de dicto campo, contra voluntatem dictorum  
abbatis et conventus, quod ipse redderat eisdem dictam medietatem

<sup>1</sup> La même année, « Nicolas, chevalier de Aquis, ayant enlevé toutes les dixmes sur la terre d'Isabelle de Gervais et de Philippe, son fils, sur la paroisse de Oreis (Orrouer), dont les religieux avaient la moitié, intervient sentence arbitrale de l'official de Chartres qui condamne ledit Nicolas à restituer lesdites dixmes et à laisser les religieux tranquilles. » En juillet 1253 Nicholas de l'Eau offre à l'abbaye de Josaphat, la dime des fruits sur certaines terres de la paroisse d'Orrouer. Cet acte fut approuvé par Mathieu, évêque de Chartres. (MSS. 5318, f. 143.)

Une visite faite en 1464 dit d'Orrouer : « A Orrouer, souloit avoir un bon hostel juxte l'église... lequel hostel par les guerres dernières passées est cheu et demoly, et va en grande ruine, et depuis huit ans en ça a été réparé l'hostel et faitte une grange toute neuve ; lesquels grange et hostel par mal gouvernement des métayers furent mis en poudre l'an 1460 dernier passé et de présent font lesd. religieux édifier, et laquelle est preste de charpenterie. »

decime predicte. Unde petierunt dicti abbas et conventus, nomine predicti monasterii sui, a dicto milite quod ipse, restituendo eosdem ad dictam possessionem vel quasi juris, redderet eisdem medietatem dicte decime de dicto campo, vel ejusdem medietatis estimationem, quam estimabant iidem abbas et conventus usque ad valorem sex solidorum Carnotensium. Que super premissis legitime contestata, jurato de calumpnia a procuratore dictorum abbatis et conventus, ex una parte, et a dicto Nicholao, ex altera, factis positionibus et responsionibus ad eas, testibus productis et diligenter examinatis, attestationibus eorum publicatis, attentis hiis que nos movere poterant et debebant, inspecta cause qualitate et rei petite quantitate, delato a nobis dicto procuratori sacramento et a nobis interrogato utrum vellet jurare quod dicti abbas et conventus fuissent et essent in dicta possessione vel quasi juris percipiendi medietatem decime dicti campi de qua agebatur, et taxata a nobis dicta medietate dicta decime quam percepit dictus miles usque ad valorem quatuor solidorum Carnotensium, et jurato ab eodem procuratore quod dicti abbas et conventus fuerunt in dicta possessione vel quasi juris percipiendi dictam medietatem decime dicti campi, usque ad tempus de quo fit mentio in petitione eorum, et quod dicta medietas dicta decime quam perceperat dictus miles valuerat quator solidos. Quibus auditis, nos, habito bonorum consilio, die lune post Oculi mei dictis partibus ad audiendum definitivam sententiam assignata, dictum militem condempnamus ad hoc quod ipse restituendo dictos abbatem et conventum ad dictam possessionem vel quasi juris, reddat eisdem quatuor solidos pro estimatione medietatis fructuum dictae decime quos levavit dictus miles cum ipsi fructus non extarent, questionem expensarum eisdem abbatii et conventui reservantes. Actum anno Domini M° CC° quinquagesimo, dicta die lune post Oculi mei.

*Archives d'Eure-et-Loir*, H. 2133 Original sceau perdu. — MSS. 5418.  
(Gaignières) f. 80.

C'est le 3<sup>e</sup> dimanche du Carême 1251, N. S. tombant le 19 mars, la charte est donc du 20 mars 1251.

## CCCCLXXXIV

Janvier 1251, N. S. 1252.

Vente de trois setiers de terre pour 65 livres par Jean de Levesville, écuyer.

II. Depositio domni Gosleni, Carnotensis episcopi [1155], fundatoris abbatie Sancti Carauni, cuius ossa jacent in sacello beate Marie virginis, post cathedras chori nostri. Et obiit Reginardus et frater Andreas Patin, n. c. m. [Et frater Andreas Goret, 1558. — A].

III. Gollenus, Carnotensis episcopus, et Reginaldus, n. c. m. et Ada, amica nostra

2 FÉVRIER. — *III nonas.* — I. Gaufridus de Croceio, amicus noster.

<sup>1</sup> Du 1<sup>er</sup> au 21 février, les obits se trouvent au feuillet 42 et 43, recto et verso, dans le ms. 9224.

II. Gaufridus Vitales (*idem c.*) et Robertus de la Cherité, n. c. m.

III. Robertus de Chaloto [xiv<sup>e</sup> sec.].

3 FÉVRIER. — *III nonas.* — I. Guido et Johannes, monachi Sancti Taurini, amici nostri.

II. Guido de Cercellis et Johannes Vetuli, camerarius hujus loci, n. c. m.

III. Guido, prior de Cornolio [xiv sec.] n. c. m.

4 FÉVRIER. — *II nonas.* — I Guillermus et alter Guillermus, filius domini Ignardi de Meraugi, pro quo habemus partem minute decime apud Sanctum-Arnulphum. Unde concessum est ei ut pro ejus et antecessorum suorum salute singulis annis decantaretur aniversarium.

II. Gauslenus, n. c. m. (*idem c.*), et Emma soror.

III. Maria, familiaris nostra, pro qua Maria Hugo de Torni, vir ejus, dedit nobis unum modium vini in toreulari suo Vernolii, et duos sextarios vini ad refectionem monachorum. Et Maria et Julianus, famili. nostra, et Emma, soror nostra, et Guillelmus, et Cecilia, et Hermundus, Hugo, Simon et Hugo, fam. nostri.

5 FÉVRIER. — *Nonas.* — I. Gaufridus de Croceio, de cuius elemosina decem libras habuimus ad redditus comparandos.

II. Johannes, n. c. m. (*idem c.*).

## DLXXXII

6 FÉVRIER. — *VIII idus.* — I. Die mercurii post brandones, tene-  
mur celebrare unam missam de virginе Maria pro magistro Johanne  
de Ponte dum vixerit, et post ejus decessum anniversarium cum missa  
solemni de defunctis.

II. Guillermus, n. c. m. [et Naalina soror — A].

III. Guillelmus, n. c. m. et Robertus, conversus, et Aalina, soror  
nostra.

7 FÉVRIER. — *VII idus.* — I. Herveus et Guineburgis, Mabilia et Thescelina, fam. nostri.

II. Agnes, famil. nostra, filia Philippi de Chaneveriis, pro cuius anima data est nobis tota minuta decima de Odovilla, et tota decima vini et tota decima leguminum in predicta villa

8 FÉVRIER. — *VI idus.* — I. Guillermus Liart, de cuius elemosina centum solidos habuimus ad redditus emendos.

II. Hersendis soror.

III. Judicialis et Raginaldus, n. c. m., et Matildis soror nostra.

9 FÉVRIER. — *V idus.* — I. Gaufridus de Leugis, pro quo habemus ad pitanciam x libras.

II. Judicialis et Reginardus, n. c. m.

10 FÉVRIER. — *IV idus.* — I. Petrus de Cresperiis, canonicus Carnotensis, qui dedit nobis xx libras ad redditus emendos.

II. Ermengardis, soror.

III. Symom, comes Ebroicarum [cir. 1181], amicus noster, de quo nos monachi de Daverone habemus decem solidos in prefectura de Monteforti ad pitanciam monachorum, et Adam, monacus ad succurendum, et Ermengardis, soror nostra.

### DLXXXIII

11 FÉVRIER. — *III idus.* — I. Gaufridus juvenis. Et Mabilia et Edelina la Cousounière, que dedit nobis quamdam domum sitam Carnoti, in vico Sancti Andree, et quamdam vineam sitam prope vineas nostri claustris de la Grappe, pro quibus beneficiis tenemur celebrare anniversarium cum commendatione animarum et missa solemni et et in fine misse : Libera me, Domine, pro anima ejus et omnium amicorum suorum, super quibus bonis sacrista noster quinque solidos et

religiosi pro augmentatione pitantie nostri conventus, scilicet hac die decem (sunt) accepturi.

II. Hubertus et Philippus de Auvillari, prior de Cornolio, et Jacobus Chuesnard, n. c. m. Et Adam, monachus ad succurrendum.

III. Hubertus n. c. m., et Ascelina, soror nostra.

12 FÉVRIER. — *II idus.* — I. Radulfus de Ybreio, et Amauricus, amici nostri.

II. Lambertus (*idem c.*) et Johannes de Leugis, n. c. m.

13 FÉVRIER. — *Idus.* — I. Isabella de cuius elemosina centum solidos Turonenses accepimus. Unde tenemur missam de defunctis perpetuo celebrare.

II. Johannes de Leugis, n. c. m. [xvi<sup>e</sup> s.].

14 FÉVRIER. — *XVI kal. martii.* — II. Bernerus, n. c. m.

15 FÉVRIER. — *XV kal.* — I. Richardus, amicus noster.

II. Odo, n. c. m. (*idem c.*).

III. Et Petrus, amicus noster.

#### DLXXXIV

16 FÉVRIER. — *XIII kal.* — I. Martinus Salinus et Guillelmus Normannus, qui dedit nobis xv libras de quibus apud Chalotum terram acquisivimus ; et Johannes Bernart, de cuius elemosina x libras habuimus ad redditus emendos.

II. Guillelmus, et Robertus n. c. m., et Adelisis, soror nostra.

III. Guillelmus et Dionisius Lecat, n. c. m.

17 FÉVRIER. — *XIII kal.* — I. Gatho et frater Robertus Legros, prior et sacrista hujus loci, anno Domini MDIII, xvii<sup>e</sup> februarii, n. c. m. Et Johanna, soror nostra.

II. Gatho, n. c. m., et Adelisis et Gersendis, sorores nostre.

18 FÉVRIER. — XII kal. — I. Guillermus et Johannes, monachi Sancti Taurini, amici nostri.

II. Bernerius et Habertus, n. c. m.

III. Robertus, et Bernerius et Habertus, n. c. m.

19 FÉVRIER. — XI kal. — I. Anniversarium Guillermi Nadipas, et Jacobi Nadipas et omnium amicorum suorum, qui dederunt nobis quinquaginta solidos Turonenses perpetui redditus, situatos apud Pontem-Guillermi, in censiva nostra, super domum Guillermi Aubourt.

20 FÉVRIER. — X kal. — I. Depositio domni Petri, Carnotensis episcopi [1183] (*idem c.*), summi et nostris temporibus incomparabilis viri. Hic enim ad ornamentum collatarum sibi à Domino virtutum etiam virginée perhibetur mundicie gratia floruisse. Jacet in choro nostro, ubi epistola legitur. Et Lambertus, n. c. m.

II. Et Lambertus, n. c. m., et Fulco, sacerdos, amicus noster.

#### DLXXXV

21 FÉVRIER. — IX kal. — I. Guillermus de Bena et Aupes, familiares nostri<sup>1</sup>.

II. Adam predictor, n. c. m., et Leticia, soror.

III. Adam, n. c. m., et Leticia, soror nostra, et Aupes famula nostra. Obiit Avelina, famula nostra, que dedit tres solidos apud Mellentum, super domum Johannis Cochet annuatim capiendos, ad pitanciam.

22 FÉVRIER. — VIII kal. — I. Johannes monachus ad succurrendum. Et obiit Jacobus Canerot, sacrista hujus loci, n. c. m.

23 FÉVRIER. — VII kal. — I. Magister Laurentius Fabiani, de cuius

<sup>1</sup> Le manuscrit 9224 porte ici la note : *multa desunt*. Il y a en effet une lacune jusqu'au 15 mars.

elemósina habuimus septuaginta libras ad redditus emendos. Isto die tenemur celebrare unam missam de Beata Maria, cum una collecta de Sancto Spiritu pro Pasquierio de Sancto Launomaro et uxore ejus, quamdiu vixerint, et post eorum obitum de defunctis, qui quidem nobis dederunt x solidos perpetui redditus.

II. Guismondus, frater.

III. Guillermus, sacerdos de Felcheroliis, monachus ad succurrendum, et Andreas, amicus noster, de quo habemus duo sextaria annone in molendino de Cheneveriis, ad refectionem monachorum in die obitus ejus.

24 FÉVRIER. — VI *kal*. — I. Theobaldus, abbas Columbensis, et Juliana, familiares nostri.

II. Ricardus, n. c. m., et Basilia et Renoildis, sorores nostre.

III. Richardus, n. c. m., et Rennis, soror nostra.

25 FÉVRIER. — V *kal*. — I. Herveus de Galardone, monachus, amicus noster.

II. Guillermus, frater.

III. Hugo, n. c. m., et Dionisius et Johannes, amici nostri, et Gamburgis, fam. n.

## DLXXXVI

26 FÉVRIER. — IV *kal*. — I. Benedictus, monachus, et Ogerius de Cantupice, de cuius elemosina decem libras habuimus ad emendos redditus.

II. Robertus, Garinus, Hugo (*idem c.*), Robertus, Dyonisius et Stephanus, n. c. m.; et obiit Frogerius, conversus, et Amelina, soror. Hec Amelina dedit nobis quinque solidos apud Mellentum, super domum Johannis Cochet, annuatim.

27 FÉVRIER. — III *kal*. — I. Johannes et Petrus, quondam abbas

hujus loci. Jacet ante vetus altare Beate Marie prope crucifixum.  
Obiit anno Domini MCCCC. XVII, die lune post Quinquagesimam.

[Et illustrissimus DD. Franciscus de Lomenie, Massiliensis episcopus et abbas hujus loci. — A.]

III. Maria, familiaris nostra, de qua habemus xviii denarios super terra de Faverel, ad refectionem monachorum, et Avelina, fam. n. — Robertus, n. c. m., et Johannes Chambellan.

28 FÉVRIER. — *II kal.* — I. Hugo de Merlaio, miles, et Mabilia, ejus uxor, quondam vicedomnia Carnotensis, qui dederunt nobis dimidium modium bladi in hereditate ejusdem Mabilie apud Nemus Leugarum annuatim et Helisendis, famula nostra.

II. Sauricus n. c. m.

III. Paganus de Pixeo, amicus noster, de quo habemus tria sextaria annone in molendino de Cantapica. Savericus, n. c. m.

## DLXXXVII

### MARTIUS

1<sup>er</sup> MARS. — *Kalendas martii.* — I. Ernaudus, archidiaconus, et Gado, fam. nostri.

II. Nicolaus, n. c. m. (*idem c.*) et Ysabella, soror.

2 MARS. — *IV nonas.* — I. Regnaudus, frater, et Gallerannus, monachus, et Gilo, armiger, quondam dominus de Havelu. Et Agatha, uxor Guillelmi, et Aales Clerici, pro cuius anima Guillelmus, ejus maritus, pro suo anniversario faciendo lxx libras dedit quas exposuimus in redimendis vineis de Oratorio a domino Nicolao de Aqua, milite.

II. Hubertus et Jacobus de Mitiaco et Egidius de Vylais, n. c. m., et Ermengardis, soror.

III. Jacobus de Mitriaco, et Egidius de Monasteriis, n. c. m.

3 MARS. — *V nonas.* — I. Agnes, de cuius elemosina x libras habuimus ad redditus emendos.

II. Bricius et Henricus (xvi<sup>e</sup> s.) de Suciaco, n. c. m. et Adelina, soror. (*Item C.*)

4 MARS. — *IV nonas.* — I. Maria, relicta Nicholai de Sancto Arnulpho, famula nostra.

II. Letoldus et Robertus (*idem C. D.*) et Hugo n. c. m.

III. Obiit Agnes [de Alba Turre — D.] <sup>1</sup>, fam. n. que Agnes dedit nobis tres minas annone in molendino Froberti annuatim capiendos.

5 MARS. — *III nonas.* — I. Thomassia de Albigniacum que dedit nobis quamdam vineam et quandam bordam in territorio de Flavilla, pro anniversario suo faciendo.

II. — Dominus Gervasius Tygrin, sacerdos qui se et sua huic Monasterio libere obtulit et dedit. [1512 — A.]

III. — Philippus de Bena n. c. m.

### DLXXXVIII

6 MARS. — *II nonas.* — I. Petrus de Bellovidere miles et Hildburgis et Margarita, mater domini Petri, et Agnes, uxor domini Petri, familiares nostri.

II. Obiit Bernardus capicerius. Pateat presentibus, noscant et futuri quod hec ecclesia de Josaphat largita est beneficiis Bernardi capicerii antequam in ea fieret ipse monachus. Inde est refectorium fratrum ejus expensis constructum, inde et coquina et capella infirmorum antiqua et molendinum de Desertis. Unde concessum est ei in communi capitulo ut omni die, quamdiu servieum Dei fiet in hac ecclesia, missa pro defunctis celebretur. Cujus oratio primæ sit pro ejus anima

<sup>1</sup> Le Ms. 10105 qui est un 2<sup>e</sup> exemplaire du nécrologe de Davron, commence les obits à ce jour. Nous indiquerons ses variantes et ses lacunes par la lettre D. entre [—].

singularis, exceptis tamen diebus solemnibus in quibus misse debent proprie celebrari. Et obiit Agnes, soror nostra (*idem C. D.*)

7 MARS. — *Nonas.* — I. Sedilia de Groignuel que annuatim dedit nobis unum sextarium bladi apud plateam, et pro Guillelmo, marito suo, apud Groignuel unum sextarium, et pro Nicolao de Mesterii, unum sextarium apud Petras, de feodo Villette.

II. Domnus Joannes Neveu, abbas hujuscce monasterii [1498], elemosinarius et sacer oricularius Xristianissimi regis Francorum, quod munus : confessorem regium trito vocabulo appellitare solemus, cui jura nostri monasterii conservare et terras ac redditus nostros alienatos reducere et augere, nec non omnia regularia beneficia fratribus nostris religioni conferre semper cura fuit.

8 MARS. — *VIII idus.* — I. Gaufridus, monachus Sancti Taurini. amicus noster.

III. Philippus [de Frichecourt, — C.] n. c. m.

9 MARS. — *VII idus.* — I. Robertus de Louveria, civis Carnotensis, qui dedit nobis xv libras perpetui redditus ad usum infirmorum hujus monasterii.

II. Stephanus de Maintenon [*au 10 mars*, C. D.] et Guillermus Bonnervel n. s. m. [prior de Daverone. — C.] et Egidius Perier, frater.

10 MARS. — *VI idus.* — I. Isto die tenemur celebrare missam de Beata Maria. pro Guillelmo dicto Villebaut, quamdiu vixerit, et post ejus obitum missam de defunctis, qui Guillelmus dedit nobis LX solidos perpetui redditus apud Genervillam.

II. Obitus [Reginaldi, A, Renaldi B] de Lymoron. Reginardus de Lymoron et Hugo et alter Hugo, n. c. m. In hujus Reginardi anniversario habemus alteram medietatem decime de Froovilla, ad pitan- ciam annuatim.

## DLXXXIX

11 MARS. — *V idus.* — I. Petrus Balduini et Martinus salnerius. Et domina Ysabellis de Brennecourt, quondam vicedomina Carnotensis, que dedit nobis xxxv libras Parisienses perpetui redditus.

III. Obiit Garinus Parvus, n. c. m.

12 MARS. — *IV idus.* — I. Theobaldus (et Petrus du Mez<sup>1</sup>) amicus et benefactor noster, qui dedit nobis LXX libras perpetui conventus applicandos.

II. Ricardus (*idem C. D.*) et Garinus, n. c. m. Et obiit Nicholaus le Jumentier, prior de Fonte Viridi, n. c. m.

Depositio Johannis Pinart, quondam abbatis hujus loci [1502], viri probe vite, qui a die electionis sue quadriennio revoluto, eo die et eadem ferme hora mortem obiit, quo ipse ad culmen dignitatis hujuscce monasterii electus est. Cujus ossa jacent in choro nostro, post sepulchrum divi Girardi.

13 MARS. — *III idus.* — I. Ista die tenemur celebrare missam de Spiritu Sancto vel de Beata Maria pro Johanna la Guanginolle, alias la Beguine, quamdiu vixerit, et post ejus obitum de defunctis, que dedit nobis xx solidos annui redditus super quamdam domum sitam sub Sancto Stephano.

II. Berengerius, n. c. m. (*idem C. D.*).

III. Adam camerarius (xiii<sup>e</sup> s.), et Girardus frater [clericus — D.]

14 MARS. — *II idus.* — I. Guido de Gaiis, miles, et Henricus de Divite Burgo. Hic Guido resignavit nobis quamdam partem bladi magne decime de Gaiis. Unde in ejus et sue uxoris anniversario a priore nostro de Munellis, ad quem dicta decima pertinet<sup>2</sup>, habemus

<sup>1</sup> Les mots entre parenthèses sont d'une écriture plus récente.

<sup>2</sup> Le ms. 9224 reprend au fol. 8, par le mot *habemus*.

xv solidos annuatim. Et Matheus Aquari [1365] qui legavit nobis centum aureos. Insuper residuum omnium bonorum suorum testamento ipsius persoluto, nobis reliquit, videlicet medium partem in nostri monasterii reparatione, aliam vero in nostris usibus apponi [anno Domini millesimo CCC. sexagesimo quinto — A].

II. Garnerinus (*idem C.*) et Adam camerarius noster, n. c. m.

15 MARS. — *Idus.* — I. Nivelo Aculei et uxor ejus, et Auburgis Corbin et Milesendis de Leevilla, de cuius elemosina habuimus septem libras ad pitantiam.

II. Dinandus (*idem C.*) et Egidius (*idem C.*) Vendomiau, n. c. m.

## DXC

16 MARS. — *XVII kalendas aprilis.* — I. Johannes de Canniginaio, quondam matricularius Carnotensis. Ista hebdomada tenemur celebrare solemne anniversarium cum missa de defunctis, commendis et Libera in fine, pro anima magistri Johannis David, viri singulari scientia et prudentia illustris, fratri abbatis nostri Andree de Montain, alias David [1521], qui testamento nobis legavit unam domum Carnoti sitam in vico de Mur en Muret, et aliam apud Lucetum cum pertinentiis, videlicet terris arabilibus, vineis et redditibus. ut diffusius videre est in sui testamenti litteris ; super quibus bonis sacrista noster pro campanarum pulsu et suo luminari est in hujus obitu annuatim accepturus septem solidos cum sex denariis ; abbas vero et conventus decem solidos Turonenses ad augmentationem pitantie nostre eodem die exposituri sunt.

II. Guerinus et Jacobus de Minorivilla [xiii sœc. fin.] (*idem C.*) n. c. m.

III. Ogerius, n. c. m., et Jacobus, etc.

17 MARS. — *XVI kal.* — I. Johannes monachus et Henricus

comès<sup>1</sup> et Amelina de Sancto-Piato, soror nostra, pro qua dedit nobis Stephanus de Sancto Piato, miles, filius ejus, unum sextarium annone in granchia sua de Sancto-Piato ad pitantiam annuatim.

II. Laurentius, n. c. m. (*idem C. D.*)

18 MARS. — XV *kal.* — I. Johanna la Bernarde, que dedit nobis x libras ad redditus emendos.

II. Simon Falconarii, n. c. m.

III. Simon prior de Daverone, n. c. m. [xiv s.] (C.).

19 MARS — XIV *kal.* — I. Philipus de Leveiis, archidiaconus Dunensis, qui de suo construxit apud nos altare in honore beate Katheline, cujus cadaver ibi impositum est sepulchro. Unde statutum est quod pro ejus anima singulis diebus in hujus modi altari missa celebrabitur et annuatim decantabitur anniversarium.

II. Guydo, n. c. m.

III. Rogerius et Guido, n. c. m. [Galterius de Bairon est stultus monachus et insipiens idiota — D.]

20 MARS. — XIII *kal.*<sup>2</sup>. — II. Obiit Symon (*idem C.*) et Rogerius, n. c. m. et Robertus archidiaconus<sup>3</sup>.

## DXCI

21 MARS. — XII *kal.* — I. Girardus abbas [post annum 1149] et magister Paganus et Guillermus, monachus Sancti Taurini et Guillelmus, amici nostri.

II. Lebaudus (*idem C. D.*) et Johannes Arnoul, prior claustral is hujus loci [1507. — A.], n. c. m.

<sup>1</sup> Comte de Champagne, mort le 17 mars 1181.

<sup>2</sup> Le Manuscrit 9224 donne la suite au fol. 44.

<sup>3</sup> Archidiacre de Blois (circa 1148) ou de Dreux (1194-1202).

22 MARS. — XI *kal.* — I. Anniversarium patris et matris magistri Bartholomei de Novocastro, pro quorum anima habuimus xxvi aureos.

II. Odo et Nicolaus de Chaloto, n. c. m. (*idem, C.*) et Philippus de Granchia, monacus ad succurrendum.

III. Philippus de Leveis [Leuces, — D.], archidiaconus Dunensis et quondam Picciacensis, amicus noster.

23 MARS. — X *kal.* — I. Magister Hildricus et Johanna, vidua defuncti Petri Lambot, que dedit nobis quamdam domum sitam in villa Carnotensi, in vico Sancti Andree, juxta domum nostram. Unde tenemur celebrare annuatim anniversarium cum missa de defunctis, tam pro se quam pro omnibus amicis suis. Et obiit Osanna et Agnes ; in cuius Agnetis anniversario debet nobis prior de Cornolio quinque solidos ad pitanciam annuatim.

II. Dyonisius, n. c. m.

III. [Odo, n. c. m. — D.]

24 MARS. — IX *kal.* — II. Guillermus de Nogento et Johannes Bouchet, n. c. m.

III. Hugo de Castro, nobilis miles, amicus noster, et Johanna [C.].

25 MARS. — VIII *kal.* — II. Magister Andreas, n. c. m. et Amelina soror et Margareta, soror abbatis Thome [post annum 1361].

III. Johannes Boutet et Guillelmus de Nogento, n. c. m. [C.].

## DXCII

26 MARS. — VII *kal.* — I. Alo pro quo habemus annuatim duos solidos et novem denarios in festo sancti Remigii. Et Petrus qui dedit nobis quamdam domum de qua habemus quinque solidos annuatim.

II. Guillermus Moreau, de Munellis prior, m. c. m.

27 MARS. — VI *kal.* — I. Guillermus, amicus noster.

III. Theobaldus le Ber de Domomaugis, patris (*sic*) magistri Nicholai de Domomaugis, canonici Carnotensis<sup>1</sup>, pro quo habemus decem solidos in die obitus ejus ad pitanciam annuatim a priore super vineis. Et Marguarita de Mesonmaugis, familiaris nostra, pro quibus Theobaldo et Margarita ejus uxore habemus xx solidos pro pitancia nostra diebus obituum ipsorum, prout in martyrologio nostro continetur.

28 MARS. — V *kal.* — I. Johanna, famula nostra.

II. Johannes, n. c. m. (*idem C. et D.*).

29 MARS. — IV *kal.* — I. Guillermus et Adam de Cruce Sancti Leufredi<sup>2</sup> et Reginaldus de Suriaco, qui dedit nobis viginti libras ad redditus emendos.

II. Depositio domni Petri episcopi [1276], de cuius elemosina xx<sup>ti</sup> libras Parisienses habemus; et Amauricus, Galterius, Hugo et Haymo. n. c. m., et Theophania soror.

III. Amauricus et Gauterius et Haymo, prior primus [de Daverone] n. c. m., et Hildeardis, mater Gaufridi de Tessencort, familiaris nostra, de qua habemus vi denarios et unum sextarium annone ad refectionem monachorum.

30 MARS. — III *kal.* — I. Guillermus de Garland, in cuius obitu debet nobis prior de Percheio quinque solidos annuatim.

II. Reginardus et Johannes Froulant, camerarius noster, n. c. m.

III. Reginaldus et Renerius, n. c. m.

31 MARS. — II *kal.* — I. Herbertus et Guido, amici nostri.

II. Renerius, n. c. m. (*idem D.*).

<sup>1</sup> Ce Nicolas mourut vers 1308.

<sup>2</sup> Nommé dans un acte de 1400.

## DCXIII

1<sup>er</sup> AVRIL. — *Kalendas aprilis.* — I. Anniversarium domini Bartholomei, phisici, et omnium benefactorum suorum, de cuius elemosina xv aureos habuimus.

II. Fulcherius et Johannes de Triel, n. c. m (*idem C. et D.*).

2 AVRIL. — *IX nonas.* — I. Radulphus, Henricus et Achenaudus qui et Moherius, amici nostri.

II. [Anniversarium de Cornu Cervino (en marge). — Engerbertus et Dyonisius prior de Cornolio, n. c. m. — A].

III. — Engelbertus, n. c. m.

3 AVRIL. — *III nonas.* — II. Richardus, Reginaldus, Johannes Pasté et Thomas Rivot, prior de Davrone, qui prudentia sua redditus ejusdem prioratus de Davrone mirum in modum auxit. Et Radulphus, frater Aubergis et Juliana sorores nostre.

III. Richardus, Raginaldus, n. c. m. et Auburgis, soror nostra, Thomas Fourmage.

4 AVRIL. — *II nonas.* — I. Anselinus et Garnerius, amici nostri.

II. Deposicio domni Fulcherii, monachi pie memorie, qui istius monasterii et religionis fuit exordium et institutor, in primis elaborans verbo et exemplo suos fratres religiosos xristianis institutis preclarisque moribus educari.

III. Depositio domni Fulcherii, prioris pie memorie qui fuit initium et institutor religionis [nostre monasterii nostri — D], et Guarnerii presbyteri, amici nostri.

5 AVRIL. — *Nonas.* — II. Vincentius, n. c. m. (*idem C. et D.*)

III. [Jehan Blondel, Alain Hemery, — D.]

## DXCIV

6 AVRIL. — VIII idus. — I. Rogerius, monachus Sancti Taurini et Margarita et Odelina, familiares nostri.

II. Guillermus Adalermus n. c. m. (*idem C. et D.*)

7 AVRIL. — VII idus. — I. Adelaydis, famula nostra.

II. Nicolaus de Valleia, n. c. m.

III. Symon de Udavilla, miles, amicus noster, qui dedit nobis XII solidos in censibus suis de Udavilla singulis annis ad festum beati Remigii persolvendos, pro lampade beate Marie servienda [XIII<sup>e</sup> s.].  
[C.]

8 AVRIL. — VI idus. — I. Hersendis et Aales, famule nostre. Scendum est quod Gilo, archidiaconus, pro hujus Hersendis sororis sue et pro Aales de Sancta Fide, matris sue anniversariis apud nos in perpetuum faciendis dedit nobis viginti libras ad redditus comparandos.

II. Herbertus et Thomas Normannus, n. c. m. (*idem C. et D.*)

III. Nicholaus, n. c. m.

9 AVRIL. — V idus. — I. Bernardus de Pissiaco presbyter, amicus noster. (*idem C. et D.*)

II. Garinus, n. c. m. (*idem C. et D.*)

10 AVRIL. — IV idus. — I. Renoudus et Reginaldus, amici nostri.

## DXCV

11 AVRIL. — III idus. — I. Odo de Petris, canonicus Carnotensis et Symon, amici nostri.

II. Petrus Pasquerii, prior claustral is et sacrista, qui tempore suo reedificare fecit archam capelle beate Marie.

12 AVRIL. — *II idus.* — I. Stephanus, monachus Sancti Taurini et Robertus de Sancto Germano, miles<sup>1</sup> et Petrus. Iste Robertus quitavit nobis quinque solidos censuales, quos ei et pro domo nostra de Ororio annuatim reddere solebamus.

II. Herveus et Maugerius, n. c. m., et Amauricus frater [conversus] (*idem C. et D.*)

III. Guillermus, amicus noster, Herbertus frater.

13 AVRIL. — *Idus.* — I. Agatha de Moneta, famula nostra.

II. Johannes, n. c. m. et Herbertus frater et Richeldis soror.  
[Hac die, anno Domini 1634, obiit dominus Michael Aiglehoux, hujus cenobii prior et de Pontgalletto cum omnium suorum alumnorum. — A.]

III. Johannes de Arnulfo, n. c. m. Herbertus, frater.

14 AVRIL. — *XVIII kalendas maii.* — I. Johannes de Friesia, miles<sup>2</sup>, et Gaufridus. Hic Johannes dedit nobis viginti quadrigas de bosco mortuo in foresta de Campo Rotundo annuatim percipiendas et quadraginta solidos Carnotenses in teloneo fori de Curvavilla, singulis annis, videlicet xx solidos in prima die jovis septembris et xx in prima die jovis aprilis habendos, et unum modium, annone in molendino de Charuel annuatim percipiendum. Unde concessum est ei pro ipsis anima et pro animabus patris et matris ejus et amicorum suorum missa de defunctis apud nos singulis diebus in perpetuum celebretur.

Et Aales et domina Jaquelina que dedit nobis decem libras annuatim percipiendas.

II. Thomas de Luceyo, [Petrus — A.] et Durandus camerarius noster n. c. m.

III. Vincentius de Crisperiis, [prior abbatie — C.] (xiii<sup>e</sup> s.). Et Thomas de Luccio, Petrus n. c. m. ; Stephanus [de Crisperiis amicus noster — D.], Richeldis soror [nostre societatis — D.].

<sup>1</sup> Vivait au milieu du XII<sup>e</sup> siècle. *Cartul. de N.-D.*, II, 27.

<sup>2</sup> Tué en 1205 au combat d'Andrinople, entre les Latins et les Bulgares. [*Cartul. de N.-D.* I, 225.]

13 AVRIL. — XVII kal. — I. Depositio Ludovici, comitis Carnotensis [1205]. Et Girardus pectinarius et Frodo, amici nostri.

II. Guillermus, Aubertus, Guillermus et Philippus, n. c. m., et Thealdus frater.

III. Theardus Gaucherius, n. c. m.

## DXCVI

16 AVRIL. — XVI kal. — I. Odo decanus. Sciendum est quod Agatha de Moneta tam pro sua quam pro ipsius Odonis, mariti sui anima dedit nobis viginti solidos et sex denarios super [censuales — A.] in plantis vinearum de sub La Renardi re situatarum annuatim percipiendos in festo sancti Remigii. Et Petronilla, uxor quondam defuncti Raginaldi Cambell n, que tam pro se quam pro defuncto Raginaldo xx libras contulit nobis.

II. Vincentius prior claustral is et sacrista hujus loci, n. c. m.

III. Albertus et Hugo [de Valeia — D.], Philippus Tortus, n. c. m.

17 AVRIL. — XV kal. — II. Gaucherius, Hugo et Hugo, n. c. m.

III. Hugo, n. c. m.

18 AVRIL. — XIV kal. — I. Johannes et Elizabeth et Doda, fam. nostri.

II. Reginardus et Guido, n. c. m. (*idem C. et D.*) et Izengardis, soror.

19 AVRIL. — XIII kal. — I. Galterus de Frunci et Guillermus de Ser cellis, canonicus Carnotensis, de cuius elemosina triginta libras habuimus ad redditus comparandos, quas exposuimus in censiva nostra de Remenonylla emenda ad usus et utilitatem nostri conventus.

II. Johannes et Girardus et Petrus quondam abbas hujus loci ; jacet Parisius apud Sanctum Hylarium, anno Domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> XVII<sup>o</sup> [1417] die lune post Quasimodo. Et Agnes, soror.

III. Johannes et Guiardus et Bocardus [de Hanemonte — D.], amicus noster et Ysemgardis soror nostra.

20 AVRIL. — XII kal. — I. Guillermus de Cruce, et Eustachia, familiares nostri.

II. Herveus et Baudricus (*idem C. et D.*) et Johannes François, n. c. m. et Matheus, monachus ad succurrentum.

## DXCVII

21 AVRIL. — XI kal. — I. Gileta la Cordelle et Johannes Cordelle, ejus maritus, de eujus elemosina habuimus centum florenos, anno Domini M. CC. XXIII. Radulphus de Sisneris, decanus de Braioto, qui multa bona nobis contulit, ut videre est in ultimis paginis obituum primi Kalendarii; unde tenemur singulis diebus in sacello infirmarie nostre missam de defunctis cum commendatione animarum celebrare.

II. Robertus, Odo, Gilbertus, Radulfus et Egidius Torel, n. c. m.; et Ysabellis, soror nostra.

III. Robertus et Gilebertus et Egidius Torel, n. c. m.

22 AVRIL. — X kal. — II. Guido, Robertus et Droco, n. c. m.

III. Guido et Odo camerarius [camberarius — D.] et Robertus, [Mauricius — D.] et Radulfus [Maurus — G.] et Droco, n. c. m., Hersendis uxor Armaurici de Pisiae [Peisi — D.], familiaris nostra.

23 AVRIL. — IX kal. — I. Hamericus de Loisvilla et Thomas et Petronilla et Hersendis, pro eujus anima dedit nobis Radus clericus de Seinvila [Scinvilla — B.] in die sancti Remigii unum sextarium annone et sex denarios ad pitanciam annuatim.

II. Guiardus, Johannes, Theobaldus et Johannes, n. c. m. Amelina, soror.

III. Goslenus de Odevilla [Udevilla — D.], Johannes curialis, amici nostri [n. c. m. — D.] et Avelina soror [famula nostra — D.]

24 AVRIL. — *VIII kal.* — Richardus comes, amicus noster.

II. Garinus et Gilo pelliparius, n. c. m. Petronilla, familiaris nostra. In hujus Petronille anniversario, Milo filius ejus dedit nobis duos solidos in censu hujus ville, ad refectionem fratrum in festo sancti Remigii persolvendos, [Adelesis soror nostra — D.]

25 AVRIL. — *VII kal.* — I. Aelesis, famula nostra.

II. Herveus, sacrista hujus loci, et frater Florentius Desportes, n. c. m. [1558 — A.].

III. Herveus de Villariis, n. c. m.

## DXCVIII

26 AVRIL. — *VI kal.* — I. Gaufridus et Matheus, amici nostri.

II. Robertus, n. c. m. (*idem D.*) et Johanna soror.

III. Rogerius Aspel [Haspel — D.], amicus noster; in cuius Rogerii Aspel [Haspel — D.] obitu habemus tres solidos census super quandam terram, ad refectionem fratrum pro eo Domino supplicantium.

27 AVRIL. — *V kal.* — I. Angerius monachus, Robertus canonicus, Guillermus de Chesneio. Milo miles, Dionisius cancelarius Carnotensis [xiii<sup>e</sup> s.], Petrus, frater ejus, de cuius elemosina ducentas libras habuimus in usus conventus convertendas.

II. Garinus et Gaufredus n. c. m. (*idem C. D.*) et Fulcoysa soror.

28 AVRIL. — *IV kal.* — I. Symon, presbyter de Nogento le Fays, qui dedit nobis triginta libras ad redditus emendos; et Aales, famula nostra.

II. Garinus et Robertus (*idem C. et D.*) et frater Petrus d'Estrepoy,

prior sancti Medardi de Chaloto et de Domibus, n. c. m., et Gradolo monachus ad succurrendum.

III. Domina Petronilla de Mesoncellis, famil. nostra, que dedit nobis quintam partem tocius hereditatis sue, et Algerius et Hugo, amici nostri.

29 AVRIL. — *III kal.* — I. Robertus Picoirmantel et Herveus et Galena, familiares nostri. Anniversarium Herberti Pillart, patris defuncti Odonis Pillart de Oratorio et Petronille, matris ejusdem Odonis, quod debet celebrari singulis annis prima die lune mensis maii, pro quo anniversario faciendo dedit nobis XII libras Turonenses ad redditus emendos.

II. Guido, Johannes et Johannes Falconarii, quondam prior Sancti Laurentii de Cornu Cervino, n. c. m. et Agnes soror.

III. Guido et Johannes et Petrus Thab', n. c. m., Odelina de Tiverval, familiaris nostra.

30 AVRIL. — *II kal.* — I. Anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo, *III<sup>e</sup>* kalendas maii, obiit reverendus pater dominus Guillermus de Brayo, titularis Sancti Marie presbyter cardinalis, de cuius elemosina habuimus magnum calicein intus et exterius deauratum ad celebrandum majores missas solemnium festorum. — Guillermus amicus noster.

II. Bartholomeus, sacrista noster. Et Petrus Taborelli, n. c. m.

III. Bartholomeus, n. c. m.

## DXCIX

### MAI

1<sup>er</sup> MAI. — *Kalendas maii.* — I. Symon Chevrel, pro cuius Symonis et Johanne dicte Baudry, uxoris ejus, anniversariis celebrandis viginti libras habuimus ad redditus emendos. Et Mathea quondam uxor magistri Bartholomei phisici.

II. Guibertus, n. c. m. (*idem C. et D.*).

III. Et Johannes, n. c. m.

2 MAI. — VI nonas maii. — I. Milo, archidiaconus Carnotensis [xiii sæc. inc.], Guillelmus et Haymo milites et Guillermus de Thesval et Philippus decanus Carnotensis [1361-1376], qui dedit nobis decem solidos, pro cuius anima debemus celebrare missam de Sancto Spiritu dum vixerit, et post ejus obitum de defunctis.

II. Durandus, Goselinus et Gervasius, n. c. m.

III. Durandus et Boselinus, n. c. m.

3 MAI. — V nonas. — I. Hugo de Galardone, cuius largitate domus nostra quam habemus Munellis copiosis aucta est reddituum beneficiis. Quapropter in capitulo nostro statutum est ut in die anniversarii sui a priore supradicte domus decem solidos habeamus ad pitanciam annuatim. Agnes de Plantis, que dedit nobis duodecim solidos anni reditus supra unum pratum.

II. Richardus, Guillermus, Johannes et Petrus Hardel [Bardel — C.],

4 MAI. — IV nonas. — I. Hugo decanus de Montemirabili et Fulco. amici nostri.

II et III. Adam et Girardus, n. c. m.

5 MAI. — III nonas. — I. Dominus Clemens et Hersendis, de cuius elemosina habemus quandam domum sitam Carnoti apud Muretum, ad usus proprios nostri conventus applicandam.

II. Johannes Amy et Robertus le Vigneron, prior de Ronseto, n. c. m.

III. Johannes Amitus, n. c. m. Hersendis familiaris nostra, pro qua habemus tres solidos super quadam terra [sita apud Lonchael, quam terram tenent Robertus Bordin et Odo Bordin et Auburgis, soror eorum, annuatim ad pitanciam — C].

DC

6 MAI. — II nonas. — I. Johannes Haudrici et Jacobus de Nuernis (*sic*),

qui omnia superlectilia sua infirmarie nostre dono dedit applicanda ad usum infirmorum nostrorum. Et Julianus Boceta, fam. nostra.

II. Johannes Chynon, subprior deintus, n. c. m.

III. Rogerius, amicus noster. Guillermus sartrinarius, mon. ad sucurrendum.

7 MAI. — *Nonas.* — I. Maria, famula nostra.

II. Gauterius n. c. m. (*idem C.*) et Guillelmus sartrarius frater.

III. Et Fresendis, uxor Philippi de Chaneveriis, de qua habemus duos arpentes terre, et Ysabel, famil. n.

8 MAI. — *VIII idus.* — I. Nono die maii, obiit dominus Petrus Trousiau [Tousiau — B.] miles, qui multa bona nobis largitus est et potissimum coronam Christi spineam favore regis Philippi, abate nostro Thoma hoc procurante, nobis contulit. Et Xristianus, monachus Sancti Taurini, amicus noster.

II. Ernaudus [pie memorie — C.] et Robertus, n. c. m. (*idem C.*) Et Jacobus quondam abbas hujus loci, vir singulari doctrina et virtute prestantissimus<sup>1</sup>.

9 MAI. — *VII idus.* — I. Guillelmus de Cuneo-Muri et Johanna, uxor ejus, et Guillelmus et Johannes, filii eorumdem, de quorum elemosina vigenti quinque libras Carnotenses habuimus, quibus nobis comparavimus quartam partem grosse decime de Bovarilla [Boverville — B.] et xii denarios census, quos reddere solebamus pro granchia nostra de Bovarilla.

II. Anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> LXVI, venerabilis vir magister Turianus, canonicus Carnotensis, qui dedit nobis centum scuta auri ad reparacionem navis nostre ecclesie, que destructa et combusta fuerat.

III. Robertus et Johannes, n. c. m., Eremburgis, famil. n.

<sup>1</sup> Il prêta serment à l'évêque de Chartres en 1409.

10 MAI. — VI *idus.* — I. Gervasius presbyter et Hugo, et Mauricius et Hildeburgis et domina Lucia<sup>1</sup>, familiares nostri.

II. Johannes Beneventus, n. c. m.

## DCI

11 MAI. — V *idus.* — I. Magister Nicholaus de Domo Maugis, canonicus Carnotensis<sup>2</sup>, qui dedit nobis quadringintas quinquaginta libras Carnotenses, de quibus habuimus medietatem decime de Chaloto, unde concessum est ei quod conventus habeat viginti solidos in die anniversarii sui ad pitanciam annuatim. Require in fine obituum primi kalendarii.

II. Benedictus Socii, prior de Chaloto. n. c. m.

III. Aales, familiaris nostra, pro qua Aales habemus tres solidos supra dicta terra Roberti Bordin et Ramburgis, sororis eorum.

12 MAI. — IV *idus.* — I. Stephanus. Et Adelina et Aalysis et Odelina, de quorum elemosina habemus quamdam domum apud Muretum, ad proprios usus conventus.

II. [En marge : Obitus Aalardi — A.] In hujus Aalardi anniversario habemus apud v<sup>que</sup> ulmos, in campipartagio, x<sup>cem</sup> solidos, quos isdem Hugo, tam pro se quam pro uxore sua et prefato Aalardo nobis ad pitanciam annuatim habendos in perpetuum liberaliter delegavit, omni assensu nostro et heredum dicti Hugonis, videlicet Guillelmi de Puteo, presbyteri, et Egidii, ejusdem Guillelmi fratris. Et Aufredus, Gilo et Johannes dictus Rigault (*idem C.*), et Johannes Diet, prior de Cornolio, n. c. m.

III. Et Engelberga, famil. n.

<sup>1</sup> Lucia, femme de Goslein de Lèves, fondateur de l'abbaye, dont la pierre tombale a été trouvée dans les fouilles récentes.

<sup>2</sup> Mort en 1308. — *Cartul. de N.-D.* III, 416.

13 MAR. — *III idus.* — I. Edelina, famula nostra.

II. Johannes de Pruneto (*idem C.*), Bartholomeus et Ascelinus frater n. c. m.

III. Radulphus de Telesvilla, n. c. m.

14 MAI. — *II idus.*

15 MAI. — *Idus.* — I. Henricus et magister Guillermus [post annum 1215] et Gaufridus ejus frater de Leugis, quondam canonici Carnotenses, de quorum elemosina habuimus quadraginta libra Turonenses ad redditus emendos.

II. Nivardus de Pissiaco, Bartholomeus et Ascelinus frater, n. c. m. — Depositio pio affectu nobis recolenda domini Nivardi de Pissiaco, viri generis nobilitate conspicui atque in institutis christianis preclarissimi, qui inspirationis divine instinctu, ut credimus, accensus, ecclesiam de Davrone in proprio suo benivolus ac devotus nobiliter edificavit et religiosos monachos Deo jugiter serviendos [ad Deo jugiter serviendum — C.] in ea adjuvare diligenter studuit, atque de redditibus suis unde viverent ordinare sagaciter procuravit (*idem C.*) Pro quo debet nobis prior de Davrone quindecim solidos Parisienses ad pitanciam. Et dominus Jacobus Terrail, episcopus Glandatensis et abbas hujus loci, n. c. m. [1535 — A.]

III... Gaufredus, n. c. m. Et Ascelinus, conversus, et Bartholomeus, sacrista.

## DCII

16 MAI. — *XVII kalendas junii.* — I. Robertus et Hugo, famil. nostri, et Osanna.

II. Vivianus et Gaufredus, n. c. m., et Hugo frater, et Petrus, mon. ad succurendum.

III. Symon, dictus Foinet, amicus noster.

17 MAI. — *XVI kal.* — II. Johannes Cochet n. c. m., [Frater Mathurinus Pichon, prior Sancti Blasii — A.]

18 MAI. — XV *kal.* — I. Jacobus dictus Roussel et Petronilla ejus uxor, de quorum anniversario conventus debet habere XII solidos ad pitantiam annuatim.

II. Gosbertus, Robertus et Stephanus, n. c. m. (*idem C.*)

III. Hugo de Pissiaco, qui dedit nobis tres sextarios tritici annuatim in granchia hujus ville ad pitantiam, et Simon, amici nostri.

19 MAI. — XVI *kal.* — I. Gulhanus(?) et Guido de Mondrevilla, et Stephanus et Symon et Mathildis de Leugis [Unde sciendum est quod dominus Gaufridus de Leugis — A.], et uxor ejus Margarita, xx libras ad redditus comparandos nobis contulerunt, ut una missa de defunctis tam pro se quam pro sua filia Matilde et omnibus amicis eorum apud nos perpetuo celebretur<sup>1</sup>.

II. Egidius, n. c. m. et Rogerius, mon. ad succurrendum.

III. Egidius de Joiaco, n. c. m., Helois, famil. nostra, de qua habemus XII<sup>cim</sup> denarios.

20 MAI. — XIII *kal.* — I. Magister Andreas phisicus, qui dedit nobis ducentas libras ad redditus emendos.

II. — Hubertus de Chaloto, n. c. m.

III. Hubertus, amicus noster.

### DCIII

21 MAI. — XII *kal.* — I. Radulphus, amicus noster.

II. Guillermus Blanche, prior de Roneeto, n. c. m.

III. Galterius, n. c. m.

22 MAI. — XI *kal.* — I. Beatrix et Johanna de Leugis, que dedit nobis centum et viginti solidos ad usus proprios nostri conventus.

<sup>1</sup> Voir Cartulaire, ch. cccliii et cccxxii. Geoffroy vivait encore en 1212 et était décédé avant 1216.

II. Depositio domni Anselmi, charissimi patris et abbatis nostri, et  
Johannes Myngnon, n. c. m.

23 MAI. — X kal. — II. Johannes Farci, prior de Fonte Viridi, n. c. m.

24 MAI. — IX kal. — II. Stephanus et Guilbertus (*Idem C.*), Robertus  
et Jacobus, n. c. m.

III. Et Matildis, soror nostra.

25 MAI. — VIII kal. — I. Radulphus et Gaufridus et dominus  
Guillermus de Villarcel, qui dedit nobis totas terras nostri prioratus de  
Fonte-Viridi. Unde in ejus obitu prior domus nostre de Fonte-Viridi  
tenetur nobis solvere annuatim ad pitanciam quinque solidos.

II. Gosbertus, Rogerius et Guibergis soror.

Annis ducentum bis milleque septuaginta.

Uno<sup>1</sup>, sub quinta [que — A] vicesima maii.

Morosus vita Michael Bonnevantis [Bonnevent] pace quievit.

Abbas istius quem reparare loci

Curavit, regere placidos triginta duobus.

Annis claustrales tribuit huicque Deus.

Hujus Michaelis Bonnevantis tumulus jacet ante virgineum altare.

III. Gilbertus n. c. m., et Guibergis, n. c. soror, et Rogerius,  
amicus noster.

#### DCIV

26 MAI. — VII kal. — I. magister Berengerius de Chanfori  
et Bartholomeus et Odelina et Philippa, pro qua habemus sex solidos  
censuales super planta de super Tanegui et super vinea que est  
huic plante vicina.

II. Petrus et Nicholaus Brito, n. c. m., et Stephanus frater.

III. Nicholaus Briton, cantor.

27 MAI. — VI kal. — I. Johannes Peilecoq, pro quo habemus an-

<sup>1</sup> C'est-à-dire 1471.

nuatim quinque solidos supercensuales in domo Salvarici carpentarii,  
sita in vico Vasseleur.

II. Radulphus, Girardus (*Idem C.*) et Johannes, n. c. m.

28 MAI. — *V kal.* — I. Johannes, magister Sancti Taurini et Guido  
de Milliaco, canonicus Carnotensis, amici nostri.

II. Robertus (*Idem C.*) et Symon de Lyn, prior de Brucia, n. c. m.

29 MAI. — *IV kal.* — I. Robertus, Gaufridus miles, et Guillelmus  
vicedominus, et Genovefa, famil. nostri.

III. Ansoldus, n. c. m.

30 MAI. — *III kal.* — I. Johannes Blesensis, qui dedit nobis xv li-  
bras ad redditus comparandos.

II. Adam Tangredus et dominus Egidius, abbas hujus monasterii,  
n. c. m. [1420].

III. Depositio memorabilis dilectissimi patris nostri domni Girardi  
abbatis, [post annum 1151] qui Josaphatensi monasterio primus a Deo  
destinatus abbas, a primo fundamento usque ad quadragesimum hujus-  
dem fundationis annum idem cenobium sanctis operibus sanaque doc-  
trina strenue gubernavit<sup>1</sup> et sancte religiosis institutis luculenter  
inornavit. Et Gilo, n. c. m., et Rogerius, amicus noster.

31 MAI. — *II kal.* — I. Bacherius, monachus et Gaufridus Cau-  
rauni, qui dedit nobis decimam terre sue.

II. Ansoldus, n. c. m. et Matildis, soror.

III. Adam, n. c. m.

#### DCV

#### JUIN

1<sup>er</sup> JUIN. — *Kalendas junii.* — Helisendis, domina de Tachenvilla,  
pro qua habuimus unum modium bladi et alterum avene in campi-

<sup>1</sup> D'après ce passage, l'abbé Girard serait mort vers 1157. Il ne paraît plus dans les chartes  
après 1151 (ch. ccii) et son successeur Gislebert n'est cité qu'en 1160 (ch. ccxxxiii).

parte de Genervilla annuatim. [Et magister Petrus Gadez [xvi<sup>e</sup> sœc]. ecclesie Carnotensis audienciarius, pater fratris nostri Egidii Gadez, hujus cenobii sacriste — B.].

II. [En marge]: Anniversarium divi Girardi [Post annum 1451]. Depositio domini Girardi, charissimi patris nostri, viri religiosissimi, et ut facta testantur, sanctissimi, qui primus hujus loci abbas in sanctitate et justicia laudabiliter conversatus, benedictinos fratres hoc in monasterio sibi commisso instar divi Benedicti verbo pariter et exemplo ita vigili cura informare sagedit, quod sui ipsius disciplina tantopere vite sanctimoniam amare didicerunt monachi, ut illo tempore nullum cenobium sit inventum magis religiosum isto. Unde ad perpetuam rei memoriam inter nos, conventu generali habito, statutum est ut in hac die solemne anniversarium in hac ecclesia annuatim celebraretur, cuius tumulus ante sacellum divi Nicolai hac in sacra ede medio criter editus est materia et gypsa circumquaque tectus (*vel* sertus).

III. Gilo, n. c. m. et Rogerius, amicus noster<sup>1</sup>.

2 JUIN. — *IV nonas.* — I. Johannes et Hugo, amici n.

II. Fr. Johannes Fourré, prior claustral is et sacrista hujus loci, qui crucem argenteam et tres cathedras a dextra parte magni nostri altaris existentes et multa alia, ut paucis absolvam, condendum curavit.

3 JUIN. — *III nonas.* — I. Dominus Johannes du Chuene, presbyter, de cuius elemosina habuimus triginta libras. Anniversarium Jordanis Haliguier pro quo habuimus octo solidos perpetui redditus [xvi<sup>e</sup> sœc.].

II. Petrus de Chausiaco, prior de Fonte-Viridi, n. c. m.

4 JUIN. — *II nonas.* — I. Guillermus Aeculeus, am. n.

II. Johannes le Bègue, prior claustral is hujus loci et de Fonte-Viridi, n. c. m., et frater Stephanus de Sainct-Lomer, prior de Ronceto. [1548 — A.]

III. [Quod ad noticiam multorum pervenire commodum duximus, itterarum monumentis provida deliberatione commendare decrevimus.

<sup>1</sup> L'obit de l'abbé Girard, inséré plus haut au 30 mai dans le ms. C., se trouve ici dans le ms. D.

Noverit igitur monachorum presens etas omniumque posteritas, quoniam quidam dominus G., hujus prior domus, unanimi consilio parique voto fratrum sibi subjectorum communi in capitulo decreverit quod quicumque Fulcheriolas ecclesie sacerdos fuerit, debet habere octo sextarios bladi et quatuor avene quolibet anno in festo sancti Martini hyemalis, pro pena servicii predicte ecclesie. Hoc autem signo in regule martirologio qui hic ab hac vita recesserit, dinoscetur. — D.]

5 JUIN. — *Nonas.* — I. Galterius Droinus et Symon filius Philippi de Ver, a quo habuimus unum sextarium annone.

III. Milo, n. c. m., et Simon de Cosances, am. n., et Aliz, uxor ejus, famil. n. Pro cuius anima Aaliz, uxor ejus, concedentibus filiis suis, dedit nobis ii sol. in die obitus ejus annuatim reddendos, ad refectio-  
nem monachorum, quos statuit super terram de Preaugis.

## DCVI

6 JUIN. — *VIII idus.* — I. Isto die tenemur celebrare unam missam de Beata Maria pro Maria de la Grappe, et post ejus decessum de defunctis, que dedit nobis vigenti solidos.

II. Milo, n. c. m.

III. [Milo et Milo — D.]

7 JUIN. — *VII idus.* — I. Gaulenus, am. n.

II. [*En marge* : Obitus omnium fratrum nostre congregationis]. Commemoratio anniversaria omnium canonicorum Carnotensis ecclesie et ecclesie Sancti Mauricii Carnotensis, ceterorumque fratrum et sororum nostre confraternitatis, que agenda est in crastino statute confraternitatis, in qua die persolvatur elemosinario nostro victus trium monachorum.

III. Nicolaus de Badroin (?), n. c. m.

8 JUIN. — *VI idus.* — I. Johanna la Fauconnière, quondam uxor defuncti Petri Bernardi.

II. Guillermus et frater Anthonius Quederne, subdiaconus, n. c. m.

III. [Guarinus, Galterius, Stephanus, episcopus [xii vel xiii sœc.], socius Augusti — D.]

9 JUIN. — *V idus*<sup>1</sup>. — I. Rogerius, monachus Sancti Taurini et Johannes de Leugis, dominus de Moeinvilla, pro cuius anima habuimus quinque libras Carnotenses, ad usus pitancie. Unde tenemur pro ejus anima celebrare anniversarium.

II. Anniversarium pro Gilone, monacho, et Garinus et Ernaudus, n. c. m. [*idem C.*]

10 JUIN. — *IV idus*. — I. Petronilla, famula n.

II. [Hac die obiit frater Paschasius Velart., novitus hujus monasterii, 1639 — A].

III. Isembardus, sacerdos, [amicus n. — D.]. Hodierna, famil. n., uxor Gaufridi de Chanaveriis [pro cuius anima dedit nobis vir ejus unum arpentum terre, cum ipso etiam blado — D.]

## DCVII

11 JUIN. — *III idus*. — I. Hugo et Robertus Courtin, qui dedit nobis triginta solidos annui et perpetui redditus situatos super quoddam hebergamentum, cum virgulto et vinea, propre fontem de Poinchat.

II. Theobaldus et Reginaldus Courtoys, prior claustral is hujus loci, vir probe vite et equitatis, n. c. m.

12 Juin. — *II idus*. — I. Nicholaus Marescalus et Henricus de

<sup>1</sup> Les martyrologes en usage dans l'abbaye mentionnent à ce jour la consécration de l'Église abbatiale en ces termes : « v idus junii, Carnoti, apud Josaphat, dedicatio ecclesie in honorem beatæ Marie et sancti Johannis evangelistæ. » (Bibl. de l'Arsenal, ms. 1008, f° 366). — v idus junii, eodem die, dedicatio sancte Marie Josaphat (Ibidem, ms. 933, f° 44 et 70). — v Idus junii, ipso die, Carnoti, apud Josaphat, dedicatio ecclesie in honore beate Marie et beati Johannis evangeliste, xii lectiones (Bibl. Nat<sup>e</sup>, ms. 10104, f° 38). Cette dédicace fut donc faite par Guillaume aux Blanches Mains, archevêque de Sens, le 9 juin 1469 (et non le 28 mai), et fut la première célébrée par lui : « quoniam ecclesia B. Marie de Josaphat prima sit omnium quas consecravimus ». (*Cartul. de N.-D. de Josaphat*, ch. ccLXIII.)

Trochia, qui dedit nobis vinearium de Pencheto. Ista die tenemur celebrare missam pro Petro Galli et Maria ejus uxore ac eorum consanguineis, qui dederunt nobis decem libras ad redditus comparandos.

II. Amauricus et Herveus Viole, prior de Pontegaleto.

13 JUIN. — *Idus.* — I. Hugo, monachus Sancti Taurini et Hersendis et Isabella, famil. n.

II. Robertus et dominus Galterus, abbas hujus loci, n. c. m. [post annum 1205], et Reginaldus, conversus.

III. — Robertus [prior pie memorie — D.], et Reginaldus, n. c. m. — Hugo, filius majoris de Davrone, amicus n., de quo habemus vi denarios de censu super alodium qui est secus viam de Tiverval, in festo sancti Remigii, ad refectionem monachorum. [Rainaudus, n. c. m.—D.].

14 JUIN. — *XVIII kal. Julii.* — III. Gauterius, quondam abbas noster [ante annum, 1210 — D.] et Bernardus, n. c. m.

15 JUIN — *XVII kal.* — I. Guido de Gambes, m. amicus n.

II. Robertus, n. c. m. [*idem D.*]

III. Petrus.

### DCVIII

16 JUIN. — *XVI kal.* — I. Guillelmus, amicus n.

II. Robertus et Gofredus, n. c. m.

III. Robertus et Guido et Gaufridus, n. c. m.

17 JUIN. — *XV kal.* — I. Johannes, monachus Sancti Taurini et Hildeardis, famil. n.

II. Dominus Johannes de Maladomo, quondam abbas noster<sup>1</sup> (*idem C.*) qui missale magni altaris nostri et multos libros propria manu descripsit, pro eujus anniversario habemus annuatim a coquinario nostro amplam pitanciam.

<sup>1</sup> Démissionnaire en 1437.

18 JUIN. — XIV kal. — I. Hugo, amicus n.

19 JUIN. XIII kal. — I. Gaufridus Cardonnel, Ernardus canonicus, et Robertus miles, qui dedit nobis octo libras ad redditus emendos.

II. Giroudus (*idem D.*) et Guido, et Michael Megret, prior de Verdoys, n. c. m.

[XIII kal. julii, obiit bone memorie reverendus pater dominus Simon le Maire, quondam episcopus Carnotensis, qui dedit nobis ad reedificationem ecclesie nostre L florenos ad scutum (1360) — *Gallia Christiana*, viii, col. 4476.]

20 JUIN. XII kal. I. Gaufridus, major de Morenciis et Gaufridus Carauni de Sancto Piatu, amici n.

II. Symon, prior Sancti Laurentii, n. c. m.

III. Symon Milon, prior Sacti Laurencii, n. c. m. (sœc. xiv — C.).

## DCIX

21 JUIN. — XI kal. — I. Philippus, Guillelmus, monachus Sancti Taurini, et Bernardus, et Maria et Adelina quondam abbatissa de Fonte Ebrardi, famil. n. [1255].

II. Johannes (*idem D.*) et Johannes Bine, prior Sancti Laurencii, n. c. m.

22 JUIN. — X kal. — I. Maria, quondam uxor Guillermi Sarternarii, famula nostra.

II. Guillermus, prior de Munellis, n. c. m.

23 JUIN. — IX kal. — I. Johannes de Mongison, civis Carnotensis, qui dedit nobis septuaginta libras ad redditus emendos, et plurima alia bona nobis contulit, dum viveret.

II. Johannes de Medonta, n. c. m. (*idem C.* — xiii<sup>e</sup> s.) [1595, frater Guillermus de Beaulieu, n. c. m. — A.]

24 JUIN. — *VIII kal.* — I. Philippus et Hugo, monachi Sancti Taurini, et Symon de Burgo Garicii, canonici Carnotenses, et Johannes, et Odelina, famil. n.

III. Micael (*au-dessus est dessiné un poisson, sans doute pour indiquer le nom du moine*), n. c. m.

25 JUIN. — *VII kal.* — I. Symon et Hugo et Symon comes et dominus Montisfortis, qui nobilitate donatus est in obsidione urbis Tholose [1218], pro quo habemus xx solidos Parisienses in prepositura de Gambes, in festo Sancti Remigii annuatim percipiendos.

II. — [*En marge à l'encre rouge. Annale ex fundatione domni Gervasii, abbatis. 1554 — B.*]

Solemne anniversarium omnium parentum nostrorum — Anniversarium solemne patrum, matrum et omnium parentum nostrorum et fratrum Sancti Petri Carnotensis. Johannes de la Haye, prior claus tralis hujus monasterii.

III. Commemoratio patrum et matrum omnium monachorum et fratrum de Josaphat. Obiit Symon nobilis comes et dominus Montis fortis, insidiose [in obsidione — D.] Tholose [1218], et Hugo amicus n.

## DCX

26 JUIN. — *VI kal.* — I. Petronilla la Tiroude que dedit nobis sexaginta solidos Turonenses, quos ei reddere solebamus super quamdam domum sitam in vico Sancti Andree, juxta domum nostram Carnoten sem; unde tenemur hac die celebrare annuatim anniversarium cum commandatione animarum et missa solemini.

II. Robertus des Prés, prior de Munellis, n. c. m.

27 JUIN. — *V kal.* — I. Gila, famula, nostra.

28 JUIN. — *IV kal.* — I. Anniversarium domine Isabellis, dicte la Jourdaine, et Guillermi dicti Jourdain, prioris mariti sui, qui dederunt nobis ducentos florenos pro reparacione ecclesie nostre.

II. Robertus le Filandier et Philippus Thorel, n. c. m.

III. Robertus et Philippus Doriau, n. c. m.

29 JUIN. — *III kal.* — I. Anniversarium Marie Dangennes et Petri dicti Dangennes, ejus mariti, qui dederunt nobis xx solidos perpetui redditus super domum Carnuteam, et Odelina, famula nostra.

II. Symon Fardoil, mon. ad succurrentum.

30 JUIN. — *II kal.* — I. Anniversarium domini Egidii, dicti Savoure, presbyteri, qui cum predicta Maria Dangennes dedit nobis octo libras annui et perpetui redditus super quamdam domum [sitam — A.] juxta furnum Borelli.

II. Terricus, n. c. m. [*idem C.*].

III. Et Simon, amicus n., et Maria, famil. n.

## DCXI

### JUILLET

1<sup>er</sup> JUILLET. — *Kalendas julii.* — I. Guido monachus et Philippus clericus, et Leobinus Poussart et Jaqueta ejus uxor, qui dederunt nobis xx solidos Turonenses situatos Carnoti super quamdam domum sitam in vico Predicotorum. Unde tenemur post eorum obitum perpetuo celebrare anniversarium cum commendatione animarum et missa solemni pro salute et remedio animarum eorumdem.

II. Clemens, capellanus [*idem C.*] et Johannes, Nicholaus, n. c. m.

III. Johannes Bourrel... Nicholaus coquinarius, n. c. m. [xiii<sup>e</sup> sœc.].

2 JUILLET. — *VI nonas.* I. Stephanus Amaldi et Symon Foucher, n. c. m. [prior de xiii<sup>cim</sup> viis — A.]

III. Guido, n. c. m.

3 JUILLET. — *V nonas.* — I. Johannes Blutiau, de cuius elemosina septuaginta libras habuimus.

4 JUILLET. — *IV nonas.* — I. Galterus et Ebraldus, n. c. m.

5 JUILLET. — *III nonas.* — I. Gervasius et Guido, armiger de Levesvilia, de cuius elemosina decem solidos habuimus in censibus de Levesvilia, annuatim ad pitanciam.

III. Gauterius et Eberardus, n. c. m.

## DCXII

6 JUILLET. — *II<sup>o</sup> nonas.* — I. Magister Johannes Haudrici, de cuius elemosina duodecim libras habuimus ad redditus emendos.

II. Fulco et Guillermus Audericci, n. c. m., et Juliana ejusdem Audericci mater, pro qua habuimus xv libras ad redditus emendos.

7 JUILLET. — *Nonas.* — I. Johannes de Culeto et Amelina uxor ejus et Nicolaus Morin, et Andreas Clerici, qui dederunt nobis sexaginta solidos ad redditus, pro quibus tenemur anniversarium celebrare. Et Guido, amicus n.

II. Guillermus, prior de Sancto-Laurencio (*idem C.*) et Odo Dorval, prior de Fossardo, n. c. m.

III. Fulco.

8 JUILLET. — *VIII idus.* — I. Symon Malfa, amicus n.

III. Stephanus de Hanone [?], mon. ad succurendum.

9 JUILLET. — *VII idus.* — I. (En marge : Obitus Theobaldi de Lymoron) — Theobaldus de Lymoron, Stephanus de Pissiaco et Saturnius, n. c. m. In hujus Theobaldi anniversario habemus ad pitanciam medietatem decime de Frouilla.

II. Milo et Theobaldus et Stephanus de Pissiaco, n. c. m. [Reinoldus, n. c. m. — D.]

10 JUILLET. — *VI idus.* — I. Gaufredus, mon. Sancti Taurini et Alanus, amici nostri.

II. Achardus (*idem C.*) et Milo, n. c. m.

## DCXIII

11 JUILLET. — *V idus.* — I. Landricus de Solerriis et Adelildis, famil. n.  
II. Robertus, n. c. m. (*idem C*).

12 JUILLET. — *IV idus.* — I. Guillermus, decanus Carnotensis [1206-1212], et Guillermus Moreherii, miles, et Simon, amici n.

II. Ogerius et Radulphus episcopus, n. c. m. (*idem C*. — Sœc. XIV).

13 JUILLET. — *III idus.* — I. Stephanus, mon. Sancti Petri, et Salomon, presbyter de Espona. Anniversarium pro Johanna, mulieri Petri Senoust, que dedit nobis decem solidos perpetui redditus et post obitum viginti solidos ad redditus [comparandos — A; emendos — B].

II. Guillermus Gilo et Johannes Triel, n. c. m. [de Triello (XIII<sup>e</sup> sœc.) et Theobaldus — C].

14 JUILLET. — *II. idus.* — I. Aales de Sancta Fide, mater Gilonis archidiaconi, famil. n.

II. Helias et Guillermus Marineau, n. c. m.

III. Philippus, rex Francorum [1223] et Guillelmus, n. c. m.

15 JUILLET. — *Idus.* — I. Radulphus et Vitalis et Ermengardis, famil. n.

II. Depositio domni Philippi, regis Francorum [1223], et Rogerius et Gaufridus, n. c. m., et Emmelina, que et Laurentia appellatur.

III. — Rogerius de Pissiaco, et Gaufridus n. c. m. Et Emmelina, soror n.

## DCXIV

16 JUILLET. — *XVII kalendas Augusti.* — II. Depositio domni Sanc-tionis, charissimi patris nostri, viri religiosissimi, tertii abbatis hujusce loci [post annum 1199], qui per omnem vitam suam singulari charitate pauperes nutrire curavit, sinceram quoque inter religiosos sibi subditos charitatem servare, vigili studio elaboravit. Et Reginardus, n. c. m., et Stephanus, m. ad succurendum.

III. Deposicio domni Sancionis, abbatis [1187-1199] et Amauricus,  
n. c. m.

17 JUILLET. — XVI kal. — I. Reginaldus mon. (*idem C.*) et Heli-  
sendis, famil. n.

II. Amauricus, n. c. m.

18 JUILLET. — XV kal. — I. Hugo de Yvreio, magister fabrice ecclesie  
Carnotensis, qui dedit nobis quinque solidos annui census, et Marga-  
reta, quondam vicemodina, de cuius elemosina viginti libras habuimus  
ad redditus comparandos.

III. Johannes Chambellanus, Symon Gaulardi, n. c. m.

19 JUILLET. — XIV kal. — I. Guillermus de Mungerville de quo  
habuimus quinque solidos in Guermilleia annuatim, et Maria, famula n.

II. Johannes Chambellensis et Symon Gallart. n. c. m.

20 JUILLET. — XIII kal. — I. Gaufridus et Eremburgis famil. n.

II. Harduinus (*idem C.*) et Herveus Divitis, n. c. m. et Johannes  
frater.

## DCXV

21 JUILLET. — XII kal. — I. Philippus de Rupe, canonicus Carno-  
tensis, qui dedit nobis viginti libras ad redditus comparandos et Ysa-  
bella, famula n.

II. Robertus Goufier, n. c. m.

III. Pasearius, n. c. m.

22 JUILLET. — XI kal. — I. Aaliz, juvenis, famula n.

II. Johannes Vincent, n. c. m. et Gersendis, soror. [Et Arianus  
Fourré, prior Sancti Blasii de Pontgallet, anno Domini M VI° V — A]

III. Saturninus Ogier, n. c. m.

23 JUILLET. — X. — kal. I. Amelina, famula n.

II. Hugo et Symon Michaelis et Johannes Guynebault, infirmarius hujus loci, n. c. m.

III. Gersendis, famil. n. et Guillelmus, prior de Munellis, n. c. m.

24 JUILLET. — *IX. kal.* — I. Maria, famula n.

II. Domnus Garnerius, quondam abbas noster [post annum 1240] et Droco et Egidius Germond, infirmarius hujus loci, n. c. m.

III. Drogo et Hugo, n. c. m.

25 JUILLET. — *VIII. kal.* — I. Guillermus et magister Jacobus phisius de Novo Castro, qui dederunt nobis triginta libras ad infirmariam nostram construendam. Bernardus vero frater ejus et heres dedit nobis de bonis ejusdem Jacobi pecunias ad emendum centum solidos annui redditus. Insuper triginta solidos Turonenses annui redditus pro pitan-tia pauperum annuatim facienda, pro quibus beneficiis tenemur semel qualibet ebdomada missam pro defunctis celebrare, et tenetur con-ventus querere carnes ad refectionem tredecim pauperum. Celerarius vero tenebitur tradere panem et vinum pro eisdem.

II. Guillermus, prior de Brucia, et Gaufridus Guynebault, n. c. m.

II. Depositio domni Garnerii, abbatis [1232-1240], n. c. m.

## DCXI

26 JUILLET. — *VII. kal.* — I. Guerinus Platel, amicus n.

II. Laurentius et Johannes de Domo, n. c. m.

27 JUILLET. — *VI. kal.* — I. Dominus Adam de Brueriis, miles, qui dedit nobis trecentas libras Turonenses ad redditus comparandos.

III. Laurencius, n. c. m.

28 JUILLET. — *V. kal.* — I. Guillermus Naasson, quondam rector ecclesie de Guillerville, qui dedit nobis octo sextaria terre sita prope granchiam nostram de Chaloto.

29 JUILLET. — *IV. kal.* — I. Johannes Fordoil, qui dedit nobis tria

quarteria vinee sita Alares (?) et dimidum quarterium prati. [Et Maria, famili. n. — A.]

30 JUILLET. — *III kal.* — I. Galterius Milo, comes Bari<sup>1</sup> et Hugo de Puteo, et Margarita, famili. n.

II. Depositio Ludovici, regis Francorum, filii Philippi [1137] et Radulphus (*idem C*) et Hugo Dirige, subdecanus, n. c. m.

31 JUILLET. — *II kal.* — I. Magister Adam de Stampis, quondam canonicus Carnotensis, de cuius elemosina habuimus decem libras pro anniversario suo faciendo. Et Hersendis, que dedit nobis centum solidos annui et perpetui redditus.

II. Dominus Guillermus, quondam abbas noster [1407], qui domum nostram abbatialem urbis Carnotensis a fundamento usque ad summittatem extruendam curavit. Et Ermengardis soror [1598, frater Laurentius le Comte, n. c. m. — A].

III. Ludovicus, pius, rex Galliæ [1137].

## DCXVII

### AOUT (2)

1<sup>er</sup> AOUT. — *Kalendas Augusti.* — I. Dominus Guillermus de Coutes, miles, amicus noster.

2 AOUT. — *III nonas.* — I. Johannes, comes Nivernensis, amicus, n. [1270].

3 AOUT. — *III nonas.* — I. Polinus et Simon et Maria et Bartholomeus, qui dedit nobis xx libras, quas expendimus in furno nostro porte Guillermi comparando.

<sup>1</sup> Milon II, de la maison de Puiset, comte de Bar-sur-Seine, que les auteurs de l'*Art de vérifier les dates* disent être mort en Égypte le 17 août 1218.

(2) Presque tout le mois d'août manque dans le Mod. D.

II. Christianus et Egidius [Debus, prior de Brucia. C.], n. c. m. et  
Symon, conversus, et Christiana et Ermensendis, sorores. (*idem C.*).

4 AOUT. — *II nonas.* — I. Ebradus de Levesvilla, amicus n.  
II et III. Hugo, n. c. m.

5 AOUT. — *Nonas.* — I. [En marge: Anniversarium de Fossardo,  
A.] Dominus de Cupreio, miles. In hujus anniversario debet nobis  
prior sancte Trinitatis de Fossardo octo solidos ad pitantiam annuatim.

II. Matheus de Cormis et Thomas de Domo, n. c. m. et Adelisis,  
soror nostra. [Frater Dionisius Poulain, n. c. m., anno 1626 — A.]

## DCXVIII

6 AOUT. — *VII idus.* — I. Dominus Johannes dictus Luegne, qui  
dedit nobis dimidium arpentum vinee.

II et III. Petrus Hurtault, et Johannes Raiseux, n. c. m.

7 AOUT. — *VII idus.* — I. Anno Domini MCCCC<sup>o</sup> octogesimo septimo,  
dedit nobis Johanna dicta la Garinotte, centum francos auri pro repa-  
ratione capelle beate Marie. Una cum hoc dedit nobis, quamdam  
bordam cum quinque quarteriis vinearum et triginta sextariis terre,  
cum omnibus pertinentiis situatis in territorio de Soulleriis, pro quibus  
beneficiis et donis supradictis concessum est ei quod qualibet ebdomada,  
die dominico, pro ipsa unam missam de beata Maria celebrabimus quam-  
diu vixerit, et post ipsius decessum de defunctis, pro se et animabus  
amicorum suorum.

8 AOUT. — *VI idus.* — III. Renoldus, n. c. m.

9 AOUT. — *V idus.* — I. Guillermus Pectinarius, Guillelmus de Hosia,  
et Amelina soror ejus, fam. n.

II. Guido, abbas Sancti Petri Carnotensis, [1231], et Johannes, n. c. m.  
III. Lambertus, n. c. m. et Johannes Haudri.

10 AOUT. — *III idus.* — I. Garinus et Gaufridus de Botigne.

In hujus Gaufridi obitu habemus duo sextaria annone apud Ponceaux, ad pitanciam annuatim.

Et Rambertus mon. et Odo de Sancto Carauno presbyter, qui dedit nobis sex libras quas posuimus in emptione campipartis de Quinque-Ulmis.

## DCXIX

11 AOUT. — *III idus.* — I. Milo monetarius et Odelina, uxor ejus, pro quibus Nicolaus, filius eorum, dedit nobis quamdam terram apud Chalou. Isto die tenetur celebrare unam missam de defunctis pro Nicolao de Chiedeville, qui dedit nobis centum solidos ad redditus emendos.

II. Philippus et Egidius, n. c. m.

III. Philippus, n. c. m. et Ysavia, famil, n.

12 AOUT. — *II idus.* — I. Gaufridus de Chesneio et Nicolaus mon. Sancti Taurini, et Rogerius et Gerardus, qui dedit nobis censum quem habemus apud torcular Episcopi.

II et III. Gaufridus et Hebertus, n. c. m. et Guillermus frater.

13 AOUT. — *Idus.* — I. Robertus, vicedominus [1299-1327], et Guerinus. Isto die tenetur sacrista celebrare unam missam pro magistro Achari, qui dedit nobis annuatim xvii solidos annui redditus, quos dictus sacrista recipit.

II. Gaufridus Berthelot, prior claustral is hujus loci, n. c. m. et Andreas le Doyen, mon. ad succurendum.

14 AOUT. — *XIX kal. septembri s.* — I. Gaufridus Poloquin, canonicus Carnotensis, qui dedit nobis xx<sup>ti</sup> libras, quas in reedificando furno nostro porte Drocensis expandimus. Et Symon et Philippus Lebouvier, qui se et omnia bona sua huic monasterio dedit. Et Maria, famula, n.

15 Aout. — XVIII kal. — II. Noga soror (*idem G.*)

## DCXX

16 Aout. — XVII kal. — I. Odo canonicus, qui dedit nobis quatuor arpentos terre proximos Leugis et calicem argenteum intus et exterius optime deauratum, quatuor marcas argenti appendentem.

II. — Michael, n. c. m. (*idem G.*)

III. Amauricus de Bena, miles.

17 Aout. — XVI kal. — I. Gaufridus de Bellomonte, qui dedit nobis quatuor sextaros annone, in molendino suo de Froscio ad pitanciam annuatim. Et Robertus Prepositi qui dedit nobis quatuor libras et septem solidos, ad reparationem chori nostri.

18 Aout. — XV kal. — I. Guicherius, dominus Puteaci, amicus, n.  
III. Guillelmus et Giroudus, n. c. m.

19 Aout. — XIV kal. — I. Girardus de Levesvilla, amicus, n.

20 Aout. — XIII kal. — I. Guillermus mon. Bonevallis et Girardus et Johanna, uxor defuncti Roberti Sancti Arnulphi, de cuius elemosina sex libras labuimus pro anniversario suo et omnium amicorum suorum singulis annis faciendo.

II. Christianus, Dyonisius et Egidius le Picart, n. c. m.

III. Christianus, prior de Foussart [xiii sœc.] et Dyonisius Doré, Egidius, n. c. m.

## DCXXI

21 Aout. — XII kal. — I. Radulphus et Gilo Grossus, qui dedit nobis xx<sup>ii</sup> libras de sua caritate.

II et III. Gervasius, n. c. m.

22 AOUT. — *XI kal.* — I. Simon la Aisée et Agnes, ejus uxor, pro quorum animabus habemus octo solidos Parisienses annui census apud Tiverval, in crastino Omnitum Sanctorum ad pitanciam. Eodem die, Odo Philippi, qui dedit nobis quinque minas terre pro anniversario suo faciendo.

II et III. — Ivo et Gilo et Johannes Platel, n. c. m. [condam prior de Limoron, C.]

23 AOUT. — *X kal.* — I. Dominus Petrus de Courdreio, miles, pro cuius anniversario habemus XL solidos annui et perpetui census apud Berchères la Maingot, et totidem pro domina Jacquelina, ejusdem uxore.

II. — Fulcherius, n. c. m. (*idem C*) [1597, frater Petrus Rousseau, prior de Ronceto, n. c. m. — A.]

24 AOUT. — *IX kal.* — I. Johannes, abbas Sancti Taurini [post annum 1223] et Nicolaus de Ulmeto et Odo, presbyter, quondam rector ecclesie de Oratorio, qui dedit nobis XII libras ad redditus emendos, medietatem videlicet in usus conventus et alteram medietatem in usus abbatis, pro ipsius Odonis et patris et matris ejusdem anniversario annuatim celebrando.

II. [*En marge* : Obitus regis Philippi de Valloys.] Illustrissimus princeps Philippus Valesii, rex Francorum [1350], qui coronam Christi spineam et ecclesiam de Formetot, cum pertinentiis suis, neenon baculum nostrum pastorale dono nobis dedit. Insuper amortizavit nobis villam de Generville et multa alia bona nobis contulit, sicut in pluribus privilegiis nostris plenius continetur. Unde abbate nostro Thoma, ejus compatre, predicta procurante, concessum est ut missa qualibet die dominica et festis solemnibus, pulsata campana, pro ipso celebretur et potentia augeatur. Et Rogerius, n. c. m. et Delardus et Droco Armirandi, fratres.

III. Rogerius, n. c. m.

25 AOUT. — *VIII kal.* — I. Guillermus, pro quo habemus tres minas

avene et tolidem bladi apud Novam villam, ad pitantiam annuatim. Eodem die, Petrus Burdegalensis, archidiaconus Vindocinensis [circa 1240], qui dedit nobis viginti libras positas in utilitate conventus, pro anniversario ipsius celebrando.

II. Legardis soror (*idem D.*)

III. Briccius de Chavernnel, amicus noster, pro quo Raginaldus, filius ejus dedit nobis xii denarios super terram de Parvo-Buinart sitos, in die obitus sui annuatim persolvendos ad pitanciam. Martinus, Guillermus, Odelina, Aales parentes Natalis, patris nostri, et Petronille, sororis nostre.

## DCXXII

26 AOUT. — *VII kal.* — Magister Guillermus de Landa, et Girardus frater ejus, et Philippus de Porta et Constantinus cancellarius Carnotensis [1250], qui dedit nobis x<sup>e</sup> cent libras pro anniversario suo faciendo.

[Et Jacquelina Beloys, magistri Petri Gades audienciarii uxor, mater fratri nostri Egidii Gades, hujus cenobii sacriste — B].

II. [En marge : Obitus comitis de Alençon — A]. Nobilis princeps dominus Karolus, comes de Alençon, frater regis Francie [1346], qui dedit nobis duo arpenta nemoris in sua foresta de Champron. Unde concessum est ut singulis ebdomadis totius anni una missa de Sancto Spiritu apud nos celebretur die jovis, pro anima ejus.

27 AOUT. — *VI kal.* — II et III. Gillebertus, n. c. m.

28 AOUT. — *V kal.* — I. Mauricius, Johannes et Philippus de Leugis, pro cuius anniversario tenentur nobis reddere monachi de Valle Sarnaii, viginti solidos ad pitantiam annuatim.

II et III. Gaufridus, n. c. m.

29 AOUT. — *IV kal.* — I. Garinus de Bouteri et Christianus mon. ad. succurendum. In cuius anniversario debet nobis prior de Munellis quinque solidos ad pitanciam annuatim, et Ada [famula nostra — A].

II. Guillermus, Petrus et Robertus Brebion, n. c. m. et Johannes Guiault, mon. ad succurrendum.

III. Petrus et Guillelmus et Odo, n. c. m.

30 AOUT. — *III kal.* — I. Garnerius, de cuius elemosina habemus viginti solidos singulis annis ad pitanciam.

II. Odo et Giraudin et Robertus Pean, n. c. m.

III. Johannes le Tort et uxor ejus, familiares n. [qui Johannes dedit nobis campum... et uxor ejus quintam partem terre sue nobis donavit — D.] et Giraudus.

31 AOUT. — *II kal.* — I. Gilduinus [A], Guilduinus [B], Johannes dictus Bernart et Laurentius Munerii, qui dedit nobis decem solidos redditus.

II. Tefridus [A.], Thefridus [B.], Thomas Guitencort et Johannes Chicot, n. c. m., et Guillermus Bachelier, sacrista hujus loci, n. c. m.

[*En B, écriture du XVIII<sup>e</sup> siècle, au bas de la page :* Hic Guillermus Bachelier, auctor est Necrologiorum duorum quæ sunt post Martyrologium Josaphatense, ut videre est in fine unius Necrologii, ubi dicit hæc propriis impensis scribenda curasse in Martirologio Josaphatensi, sicut extant in antiquis libris nimia vetustate oblitteratis, qui in archivis recluduntur.]

III. Teofredus, n. c. m., et Gualeranus, amicus, n., et Johannes Chicot, n. c. m.

## DCXXIII

### SEPTEMBRE

1<sup>er</sup> SEPTEMBRE. — *Kalendas septembri.* — I. Hugo, Ivo, Hugo et Johannes de Secherville. In cuius anniversario habemus quattuor sextaria bladi apud Secherville, ad pitanciam annuatim, in festo decollationis sancti Johannis. Et Odelina et Margareta, de cuius bonis

habemus quatuor solidos et octo denarios in censu de Longo Saltu, ad pitanciam annuatim, in die octavarum sancti Dionysii.

II. Depositio pie recordationis patris nostri domini Gilberti, viri timorate conscientie, qui primus hujus loci monachus et abbas secundus sobrie, caste et juste in utroque gradu conversatus, tandem plenus dierum Kalendas septembris, ultimum claudens diem requievit in pace [post annum 1173]. Et Gaufridus, n. c. m. et frater Johannes de Lande, prior de Ulmeto et de Ponte Galleto.

III. Depositio domni Gileberti abbatis [post annum 1173], et Gaufredus conversus.

2 SEPTEMBRE. — *IV nonas.* — I. Gaufredus de Nemore, de quo habemus psalterium glosatum et duos evangelistas glosatos, videlicet Lucam et Johannem in uno volumine relegatos. Et Milesendis, Guiburgis et Juliana de Cupreio, de cuius elemosina centum solidos habuimus ad redditus emendos.

II. Johannes et Johannes de Moncello, n. c. m.

III. Dominus comes de Alançone (<sup>1</sup>), qui dedit nobis tres scutos ad refectionem monacorum. Johannes et Agnes, soror nostra.

3 SEPTEMBRE. — *III nonas.* — I. Odo et magister Bartholomeus de Novo Castro, qui dedit nobis septuaginta solidos annui et perpetui redditus.

II. Garinus, Bernardus, Guerricus et Natalis, prior de Davrone, n. c. m.

III. Guerricus. Gollenus du Bois [Aubois — D], qui dedit nobis duos solidos sitos super terram sitam au Sendis juxta fossata, annuatim capiendos ad pitantiam, n. c. m. et Hildeburgis Chauvel, soror n.

4 SEPTEMBRE. — *II nonas.* — II. [En marge : Anniversarium de Cornolio.] Richardus de Percheio, pro cuius anniversario tenetur prior de Cornolio nobis dare V solidos annuatim ad pitantiam. Et Gauquelinus, n. c. m. et Hildeburgis, soror n.

(<sup>1</sup>) Charles d'Alençon, tué à Crécy, le 26 aout 1346.

II. Thomas de Guitrencia [xiv<sup>e</sup> sœc.]. Ricardus et Benardus, n. c. m.

5 SEPTEMBRE. — *Nonas*. — I. Johannes, filius Christiani et Stephanus, in cuius obitu habemus quinque solidos census in vico Berchoti, ad pitanciam annuatim.

II. Martinus Gomet, n. c. m.

III. Guaquelinus n. c. m. et Robertus Sarteri, amicus n.

#### DCXXIV

6 SEPTEMBRE. — *VIII idus*. — I. Radulphus, monachus Sancti Taurini et Johannes Guiart.

II. Domnus Bernerius, vir imprimis sancte religioni et divine contemplationi addictus, qui hujus monasterii quartus fuit abbas <sup>1</sup> [ii<sup>e</sup> sœc. fin]. Et Henricus et Guillermus Berthelot, prior de Lymoron, n. c. m.

III. Henricus Anglicus n. c. m. et Petrus Grouset.

7 SEPTEMBRE. — *VII idus*. — I. Gaufridus de Leugis et Ascelina dicta Fausse d'Amours, amici nostri, de cuius elemosina sex libras ad redditus emendos habuimus, pro ejus et parentum suorum anniversario faciendo.

II. Hugo et Galterus de Limay, n. c. m. et Theophania soror, pro cuius obitu habemus bladum decime de Generville.

III. Hugo et Johannes, n. c. m..

8 SEPTEMBRE. — *VI idus*. — I. Theobaldus, presbyter de Chaloto qui dedit nobis unum missale.

II. Johannes, n. c. m.

9 SEPTEMBRE. — *V idus*. — I. Anniversarium Roberti de Louveria, qui dedit nobis xv libras annui redditus ad usum infirmorum.

<sup>1</sup> *La Gallia Christiana*, VIII, 1281, inscrit cet obit à la date du VII des ides, 7 septembre, avec le nom de Vernerius, au lieu de Bernerius.

II. Johannes et Petrus Labite, prior de Fossardo, n. c. m.

III. Johannes, n. c. m., et Johannes de Martic.

10 SEPTEMBRE. — *IV idus.* — I. Johannes Hospitis, pro cuius anniversario et omnium parentum suorum habemus quindecim solidos annui redditus, juxta Sanctum Petrum Carnotensem, in platea que vocatur les Arsis, et quatuor solidos redditus super heredes defuncti Thome dicti Nefle.

III. [Reginaldus, — D.]

### DCXXV

11 SEPTEMBRE. — *III idus.* — I Depositio domine Adelicie, comitisse Blesensis<sup>1</sup>, et Rainaldus et Droetus de Crouy, pro cuius anniversario magister Petrus de Crouy, ejus filius, dedit nobis XL solidos redditus apud Carnotum, in vico de Muret, supra quandam domum sitam juxta domum magistri Nicolai Charronis.

III. Gebertus, n. c. m.

12 SEPTEMBRE. — *II idus.* — I. Dominus Johannes Olini, rector ecclesie Sancti Andree Carnotensis, pro parte, qui dedit nobis XII libras perpetui redditus supra quandam domum sitam in vico Sancti Andree, prope furnum Vicedomini Carnotensis et V libras in nemore prope Moncellum Leugarum, pro cuius anima duas missas qualibet ebdomada perpetuo celebrare tenemur.

III. Philippus, Johannes, Johannes, Colinus, fratres, et Marta soror nostra.

13 SEPTEMBRE. — *Idus.* — I. Stephanus de Nevello, qui dedit nobis viginti libras Carnotenses ad emendos redditus. Et Gaufridus de Leugis et Garinus de Friesia [1202], qui dedit nobis sexies viginti libras Car-

<sup>1</sup> Alix de France, fille du roi Louis VII et d'Aliénor de Guyenne, et femme du comte de Blois, Thibaud V.

notenses ad emendos redditus, et domina Johanna de Planciaco, famula nostra.

II. Rogerius et Girardus, n. c. m., et Johannes Marini, mon. ad succurrendum.

III. Girardus Beccaire et Rogerius, n. c. m.

14 SEPTEMBRE. — XVIII *kalendas octobris*. — I. Gaufridus, amicus noster.

II. Theobaldus et Guillelmus et Johannes Lubin, prior de Lymoron [et frater Saturninus Lhomed — A], n. c. m.

III. Rogerius et Theobaldus, Landricus et Milo, amici nostri. Guillelmus de Bruccia, n. c. m.

15 SEPTEMBRIS. — XVII *kalend*. — I. Radulphus [et Agnes, famil. n. — A].

II. Petrus, n. c. m.

III. Guillelmus, Petrus.

## DCXXVI

16 SEPTEMBRIS. — XVI *kal*. — I. Bartholomeus Peilecoch, pro quo habemus quatuor solidos supercensuales in domo Salvarici carpentarii, sita in vico Vasselor, in festo sancti Remigii annuatim percipiendos.

II. Berengerius et Aubertus, Robertus, Galterus et Guido de Prato, n. c. m.

III. Berengarius de Champhfoul et Robertus de Domo Mai..., n. c. m.

17 SEPTEMBRE. — XV *kal*. — I. Osmundus, Guillermus et Ricardus, vicecomes Bellimontis, et Johanna, domina de Oynvilla, famil. n.

II. Johannes, Guibertus [idem. c.] et Reginaldus du Perche et Robertus de Saintcourt, n. c. m.

III. Johannes, dominus de Odevilla, et Gaufridus, miles, qui dedit nobis xii denarios super census suos de Odevilla, amici nostri, et Aubertus suprior, Reginaldus et Robertus, n. c. m.

18 SEPTEMBRE. — XIV kal. — I. Ansoldus, monachus, et Robertus Hermenge qui de suo proprio fecit fieri domum nostram de Medonta.

II. Ludovicus, filius Ludovici regis Gallie [1180], et Christianus et Michael et Michael Gaudineau, prior de Fonte Viridi, n. c. m.

III. Chistianus prior, n. c. m. et Robertus Morel, amicus n.

19 SEPTEMBRE. — XII kal. — I. Garnerius et Taurinus, monachus Sancti Taurini, famil. n.

II. Gosbertus et Gaufridus et Marinus Aubert, infirmarius hujus loci, n. c. m. et Gilo, frater.

III. Auburgis, soror nostra.

20 SEPTEMBRE. — XII kal. — I. Robertus, decanus [post annum 1255], et Joscelinus de Leugis, amici nostri.

II. Ernulfus et Garinus et Reginaldus Goymont, prior de XIII<sup>e</sup> viis, n. c. m.

III. Arnulfus et Gosbertus, Radulfus, Guarinus, n. c. m.

## DCXXVII

21 SEPTEMBRE. — XI kal. — I. Radulphus, monachus Sancti Taurini, Stephanus Haudrici et Nicholaus, cantor Parisiensis, de cuius elemosina L libras Parisienses habuimus, ad emendos redditus; unde, pro ejus anima et omnium amicorum suorum tenemur anniversarium annuatim celebrare.

II. Garinus et Petrus, n. c. m. [*idem. C.*].

III. Guillermus de Mota, pro quo habemus dimidium sextarium vini [XIV<sup>e</sup> sœc.] et Johannes le Centenier, n. c. m.

22 SEPTEMBRE. — X kal. — I. Johannes sutor qui dedit nobis IIII<sup>or</sup> solidos capiendos super quoddam stalum situm in foro comitis ad pitanciam; et Herveus Chauvreau, qui dedit nobis quadraginta solidos ad redditus comparandos; et Agnes, de cuius elemosina XII libras habuimus.

II. Guillermus et Johannes, cantor ecclesie de intus, n. c. m.

III. Simon Papaulus, qui dedit nobis dimidium arpentum terre; Guillermus, n. c. m., Symon, Ingelmosus de Alodiis, de cuius helemosina... (*sic*).

23 SEPTEMBRE. — *IX kal.* — I. Galterus et Odo, et Eustachia et Philippa, quondam domina Leugarum, de cuius beneficio habemus terram de Booleto de Chesiis, ferme continentem triginta tres sextarios terre semeure. Unde tenemur singulis diebus missam pro defunctis celebrare ad altare apostolorum pro ipsius et bone memorie Gosleni, quondam domini Leugarum, animabus, et anniversarium cum commendatione de defunctis annuatim.

II. Depositio domni Roberti, Carnotensis episcopi [1164], amici et benefactoris nostri, qui, in sui pontificatus administratione egregiis admodum enitens moribus, religionem nostram in maximo habebat honore, et eam ubique terrarum preconiis attolebat et commendabat, nec non nos ipsos et hanc domum quadam prerogativa charitatis peculiariter diligebat, tuebatur atque fovebat. Denique et multa alia beneficia, dum viveret, ab ipso nobis illata sunt. Et in fine dierum suorum LX libras ad edificationem nostri monasterii nobis delegavit. Et Girardus et Dionisius de Conches, prior claustralis hujus loci, n. c. m. [Hic obiit anno millesimo C° LXIII°, et jacet in sacello sancti Johannis evangeliste — A.]

24 SEPTEMBRE. — *VIII kal.* — I. Manasserius et Johannes, et Hildeardis, uxor ejus, famil. n.

II. Manasserius, n. c. m., et Odelina, soror. Depositio pie recordationis charissimi patris nostri abbatis Andree de Montain, alias David, viri sancte religioni et divinis rebus addicti, qui hoc cenobium totum ferme dissolutum, quoad potuit, instaurare curavit. Cujus monumentum apud nos in medio templi choro, ante lampadem ubi decantatur epistola, sibi extrui supplex dum viveret impetrando obtinuit. Ejus namque cadaver ibi sepulture mandatum est, septembri mense, die xxiii<sup>a</sup>, anno salutis M. V<sup>e</sup> XXI, sextum et XL vix degens annum.

III. Depositio domini Roberti, Carnotensis episcopi [1164]. Et Gau-  
terius amicus n.

25 SEPTEMBRE. — VII kal. — I. Bobo, cantor Carnotensis [1249], de  
cujus elemosina habuimus decem libras ad redditus comparandos. Et  
magister Symon de Monte [Le]herico, qui dedit nobis xx libras ad  
redditus comparandos [circa 1292].

II. Acellinus, n. c. m.

III. Martinus Cauguelin.

### DCXXVIII

26 SEPTEMBRE. — VI kal. — I. Hugo de Folieto et Jocelinus, mona-  
chus Sancti Taurini, et Ascelina, famil. nostri.

II. Odelarius, Robertus et Harduinus, n. c. m.

III. Odilarius, et Robertus, et Johannes, Hugo, Harduinus, n. c. m.

27 SEPTEMBRE. — V kal. — I. Guillermus de Alneolo, miles, qui  
dedit nobis viginti libras ad redditus comparandos, et Adelegardis et  
Hylaria, famule nostre.

II. Donazimus et Johannes [et Petrus Rateau, 1628—A], n. c. m.  
et Johannes le Cherron, mon. ad succurrendum. [1606, et Jacobus  
Chiflet, prior et sacrista hujus loci, n. c. m. et frater Petrus Rateau;  
1628 — A.]

III. Robertus n. c. m., Hildeardis et Auxendis, soror, n. c. m.

28 SEPTEMBRE. — IV kal. — I. Johannes Garinus et Almaricus de  
Levesvilla, qui dedit nobis decem solidos census ad pitanciam an-  
nuatim.

II. Hugo et Petrus et Adrianus Coursier [1522—A] n. c. m.

III. Petrus, n. c. m.

29 SEPTEMBRE. — III. — I. Stephanus, qui dedit nobis centum  
solidos quibus empta fuit quedam terra apud Havelu. Et Radulphus

de cuius elemosina habemus undecim solidos, dempto uno denario  
annui census apud Sanctum Mauricium.

II. Fulcherius, Richardus Bouquet, prior de Cornolio, n. c. m.

III. Gollenus, Fulcherius et Richardus, n. c. m.

30 SEPTEMBRE. — *II kal.* — I. Haimo capicerius et Ebrardus et  
Petronilla, familiares n.

II. Depositio domni Goslini de Leugis, viri nobilis genere et magni  
nominis, fratris domni Gaufridi, Carnotensis episcopi, fundatoris nostri,  
qui quidem Goslinus presentem ecclesiam in proprio fundo fundari  
permittens, terris quoque et redditibus quamplurimis in locis libera-  
liter dotavit [1155]. Et Guerricus, Matheus et Osmundus, n. c. m.

III. Guerricus et Matheus, n. c. m. et Robertus, prior de Daveron,  
n. c. m. [Nota en tête du feuillet 42 du miss. C, on lit : « Charles, tué  
à Crecy, le 26 août 1346.】

## DCXXIX

### OCTOBRE

1<sup>er</sup> OCTOBRE. — *Kalendas octobris.* — I. Guillermus Aralei, miles, qui  
dedit nobis medietatem decime de Pantainvilla et dimidium modium  
frumenti annuatim ibidem in granchia sua.

II. Robertus et Odo, n. c. m. et Agatha soror.

III. Robertus et Odo et Osmundus, n. c. m. Et Ascelina, uxor  
Johannis Tinel [Tuel. — D] de Crisperiis, famil. n., pro quod habemus  
sex denarios super quandam terram suam secus viam de Alneto, an-  
nuatim persolvendos ad pitanciam.

2 OCTOBRE. — *VI nonas.* — I. Radulphus monachus ad succurren-  
dum. Isto die tenemur annuatim celebrare anniversarium, cum missa  
de defunctis pro Johanna vidua defuncti Petri, dicti Gresillon, et pro  
omnibus amicis suis, que dedit nobis xx solidos Turonenses annui et

perpetui redditus, quolibet anno capiendos super hereditates Perrini Ysamberli et Collete uxoris ejus, situatos tam in parrochia de Berjou-villa quam de Morencé.

II. Philippus et Johannes Arnoul, prior de Brucia, n. c. m.

III. Philippus n. c. m. et Odelina soror.

3 OCTOBRE. — V nonas. — I. Johanna Baudrice et magister Guillermus Ales, familiares nostri, et alii amici nostri.

II. Philippus, prior de Verdoys [Verdais — C] n. c. m. [*idem C.*  
*xiii sœcl.*].

III. Et Hugo Baudet amicus n.

4 OCTOBRE. — IV nonas. — I. Johannes de Valle, qui dedit nobis XXV solidos redditus [annuatim capiendos — A] [emendos — B].

II. Johannes Coppin, sacrista hujus monasterii et prior Sancti Laurentii de Cornucervino, vir sancte orationi et divine contemplationi omnino deditus, qui bona ecclesie in Deum referens, redditus, vineas et terras sacristie nostre, abbatis et capituli facultate obtenta, sibi et suis successoribus sacristis precio nummario comparavit.

5 OCTOBRE. — III nonas. — I. Richardus, monachus ad succurrendum, et Maria, quondam uxor magistri Mathei Aquari, civis Carnotensis, que dedit nobis xxv solidos annui et perpetui redditus apud Mayvillier, pro anniversario suo faciendo.

II. [*En marge* : Obitus Regine Navarre]. Nobilissima domina Johanna, regina Navarre, et filia Ludovici regis Francie [1349], que dedit nobis ducentas libras Parisienses fortis monete pro vineis emendis de Hermenonvilla, pro eujus anima tenemur celebrare unam missam beate Marie qualibet die sabbati, pulsata campana. Et Herbertus et Hubertus et Guillermus mon. ad succurrendum, n. c. m., et Aales, soror.

III. Herbertus et Hubertus n. c. m.

## DCXXX

6 OCTOBRE. — *II nonas.* — I. Johanna, uxor Johannis Lamberti, civis Carnotensis, qui dedit nobis octo libras perpetui redditus super virgulta cujusdam Johannis dicti Aliot, pro anniversario suo quolibet anno faciendo.

II. Domnus Goslenus, quondam abbas noster [circa annum 1261], et Robertus n. c. m. et Ascelina, soror.

7 OCTOBRE. — *Nonas.* — I. Dominus Robertus dictus Feremouton, rector ecclesie Sancti Pyati, qui dedit nobis duo dolia bachi, et Petronilla de Sainct-Lo ner, que dedit nobis quinque solidos Turonenses annui redditus, supra partem granchie que spectabat ad Guillermum Blandini, et super omnes hereditates suas sitas apud Piativillare, pro missa facienda.

II. Gillebertus conversus.

III. Gollenus, quondam abbas noster [circa annum 1261], Ascelina, mater domini Garnerii abbatis, soror nostra; et Gilebertus et Ascelina, soror nostra.

8 OCTOBRE. — *VIII idus.* — I. Mabilia, Eremburgis et Isabella famule nostre.

II. Herveus, Dionisius et Dyonisius, n. c. m. et Badulphus frater et Ysabella soror [multa desunt — B]<sup>1</sup>.

9 OCTOBRE. — *VII idus.* — II. Domnus Stephanus, quondam abbas noster, et Dionisius, n. c. m. (*idem C*).

III. Guillelmus Rex [1087], amicus noster.

10 OCTOBRE. — *VI idus.* — I. Thomas, dominus Leugarum et de Brueriis [1248] et Guillermus, amici nostri.

<sup>1</sup> Le ms. B finit ici, au fol. 62, et ne donne plus que quelques jours du mois de décembre.

II. Reginardus et Johannes, n. c. m. et Margarita, soror nostra.

III. Johannes Creton, amicus noster, de quo habemus III sextarios vini in vinea Roberti Morelli, Reginaldus et Johannes, n. c. m. et Agnes de Grois.

## DGXXXI

11 OCTOBRE. — *V idus.* — I. Guillermus de Sancto Arnulpho et Petronilla, ejus uxor, qui dederunt conventui quoddam pratum situm apud Poinchat, de quo habemus viginti solidos ad pitanciam annuatim.

II et III. Herbertus et Rogerius, n. c. m.

12 OCTOBRE. — *IV idus.* — I. Reginaldus, amicus noster.

II. Simon Lescot, n. c. m.

III. Nicholaus et Symon Scotus, n. c. m.

13 OCTOBRE. — *III idus.* — II. Nicholaus, Guillelmus (*idem C*). Et Nicholaus, n. c. m.

III... et Avelina soror nostra.

14 OCTOBRE. — *II idus.* — I. Reginaldus et Gauterius de Friesia pro eujus anima Johannes, ejus filius, dedit nobis sexaginta quadrigatas nemoris in elemosinam. Et Michael a quo habuimus quinque solidos apud sanctum Martinum in Valle annuatim capiendos ad pitanciam.

II. Radulphus et Andreas Magister, n. c. m.

III. Andreas de Sancto Carauno [xiv sœc.], Gaufredus et Radulfus.

15 OCTOBRE. — *Idus.* — I. Anniversarium Collete, relicte defuncti Johannis Haliquier, pro qua habemus octo solidos perpetui redditus. Et Stephanus, amicus noster.

II. Domnus Robertus, quondam abbas noster, et Gaufridus Coscelinus et Guillelmus de Haneneourt, n. c. m.

III. Joscelinus et Robertus quondam abbas noster, n. c. m. et Gaufridus de Chavaneriis, prior Sancti Laurentii, filius domini istius ville.

## DCXXXII

16 OCTOBRE. — XVII *kalendas novembris.* — I. Guillermus et Amelina, que dedit duo sextaria bladi anni redditus ad pitanciam nostram, situata Carnoti, apud pontem magnum.

II. Aubertus n. c. m.

III. Joscelinus, Auebertus et Symon et Gaufridus de Eudevilla, armiger, qui dedit nobis ii solidos recipiendos in festo sancti Remigii [xiv<sup>e</sup> sœc.] [Albertus — D].

17 OCTOBRE. — XVI *kal.* — I. Henricus Rualin et magister Johannes David in decretis licentiatus, multis virtutibus adornatus, frater pie memorie abbatis nostri Andree de Montain, alias David, qui testamento suo nobis in perpetuum reliquit unam domum, Carnoti constructam, in vico de Mur en Muret, et aliam apud Luceium, cum pertinentiis suis, videlicet terris arabilibus, vineis et redditibus, ut diffusius videre est in suis testamentariis litteris, pro quibus beneficiis tenemur annuatim solemne anniversarium cum missa de defunctis, nec non commendis et Libera in fine celebrare, super his autem bonis sacrista noster, pro campanarum pulsu et suorum cereorum lumine, est in hujus modi obitu annuatim accepturus septem solidos cum sex denariis, abbas vero et conventus decem solidos Turonenses ad augmentationem piantie nostre eodem die exposituri sunt.

II et III. Rogerius, Robertus et Gervasius senex, n. c. m.

18 OCTOBRE. — XV *kal.* — I. Guillermus, Gaufridus et Rainaldus presbiter, amici nostri.

II. Hugo, Stephanus et Symon, n. c. m.

III. Stephanus episcopus, Hugo, n. c. m., et Stephanus conversus, et Salardia, soror nostra.

19 OCTOBRE. — XIV *kal.* — I. Leoninus Christianus, Maria uxor

ejus, et Eustachia de Fontanis, de cuius elemosina habemus quatuor solidos annui redditus ad pitanciam.

II. Johannes Colas, prior Sancti Laurentii de Cornu Cervino, et Mathurinus Rousseau, 1554, n. c. m. Leo et Ysabellis, quondam dominae de Daverone, que dedit nobis x solidos redditus in censibus suis de Daverone.

20 OCTOBRE. — *XIII kal.* — I. Julianus, relecta Johannis Haudrici, civis Carnotensis, que multa bona nobis contulit, ut videre est in fine obituum primi calendarii; unde tenemur pro ejus anima singulis diebus unam missam de defunctis celebrare ad altare sancti Nicolai, annuatim unum anniversarium.

II. Hubertus, n. c. m. et Lyoisia, soror.

III. Matheus, qui dedit nobis dimidiam cartam olei super aditum suum situm apud Tiverval, inter duas vias, in initio Adventus Domini capiendam, ad pitanciam, et Hildearius frater ejus, amici nostri.

### DCXXXIII

21 OCTOBRE. — *XII kal.* — I. Bartholomeus, Guillermus, Christianus, Vincentius de Leugis et Symon qui dedit nobis tres quadrantes vinearum proximos vineis nostris.

II. Caraunus et Jacobus de Fonteviridi, n. c. m. Hac die decessit frater Florius Doynet, diaconus hujus cenobii, m. 1637.

III. Caraunus Grossus, n. c. m.

22 OCTOBRE. — *XI kal.* — I. Guillermus de Maula, canonicus Carnotensis, de cuius elemosina xx libras habuimus ad redditus emendos et dominus Johannes Mesgret, presbiter, de cuius elemosina habuimus decem libras ad redditus comparandos.

II. Maubertus, n. c. m. [*idem C*] et Hersendis soror.

III. [Et Liois soror nostre congregationis — D.]

23 OCTOBRE. — *X kal.* — I. Anniversarium nobilis viri domini Guil-

lermi de Badonvilla annuatim celebrandum, qui discum nostrum argenteum, quatuor marchas appendentem deperditum, cum bonis nostris mobilibus existentibus in domo nostra Carnotensi e manibus Anglorum eripuit, in recuperatione urbis Carnotensis, solutis pro eisdem bonis xxviii salutis auri [1360].

II. Girardus, Guillelmus, Gervasius et Hugo, n. c. m.

III. Guillelmus et Gervasius [Bonævallis — D].

24 OCTOBRE. — *IX kal.* — I. Eremburgis et Eustachia, pro cuius anima et sue filie Ameline dedit nobis Maria de Murcenc duo sextaria annone anni redditus Carnoti apud pontem magnum.

II. Petrus et Christianus, frater, n. c. m.

III. Girardus, Petrus, n. c. m. et Gaufridus, amicus n. et Ermen-gardis, soror n.

25 OCTOBRE. — *VIII kal.* — II. Depositio domni Johannis, Carnotensis episcopi [1180], Christianis institutis præclarisque moribus admodum fulgentis, cuius corpus jacet apud nos in capella beate Marie. Hic ante adeptionen episcopatus fuit capellanus sancti Thomæ, Cantuariensis archiepiscopi, cum ipse martirium passus est apud Anglos. Et dominus Radulphus, quondam abbas noster [post annum 1272], et Floherius, n. c. m.

III. Depositio domni Radulfi abbatis [post annum 1272] et Floerius et Johannes Carnotensis episcopus [1180], [et Hersendis soror nostre congregationis, et Hugo, vicecomes Carnotensis-D].

#### DCXXXIV

26 OCTOBRE. — *VII kal.* — I. Andreas, Robertus, Stephanus Buart et Eremburgis, relicta defuncti Symonis Fardoil, qui dedit nobis quinque solidos anni redditus super vineam que vocatur Lares, in censiva nostra de Josaphat, reddendos in die anniversarii sui.

II et III. Lucas, Radulphus, Bernerius et Thomas [de Mellento, condam, prior de Daverone] [xiv sœc.], n. c. m.

27 OCTOBRE. — VI kal. — I. Robertus, Hubertus et Robertus, amici nostri.

II. Robertus (*idem. C*) et Vincentius Pasquier, n. c. m.

28 OCTOBRE. — V kal. — I. Johannes Benedicti et Margareta ejus uxor, Johannes monachus et Henricus, pro cuius anniversario faciendo habuimus viginti libras. Et Herbertus sacerdos pro quo habuimus decem solidos a priore nostro de Cornolio annuatim ad pitantiam.

II. Nicolaus et Berengerius (*idem C*) et Aales soror.

III. Herbertus de Bruinencort, in cuius anniversario prior de Cor-nuleia v<sup>que</sup> solidos ad supplementum nostre refectionis reddere tene-tur... Et Avelina, soror nostra.

29 OCTOBRE. — IV kal. — I. Gauterius, amicus noster.

II. Garinus, Laurentius de Mauritania, Guillelmus et Laurentius de Oratorio, n. c. m., et Amelina, soror.

III. Garinus, n. c. m., et Gauterius conversus, et Laurentius de Mauritania et Guillelmus, prior de Munellis.

30 OCTOBRE. — III kal. — I. Gilo Milonis, canonicus Turonensis, de cuius elemosina triginta libras habuimus, et Aales, famula nostra.

II. Robertus, frater.

III. Philippus, n. c. m.

31 OCTOBRE. — II kal. — I. Magister Reginaldus, canonicus Carnotensis, qui dedit nobis xx libras Turonenses pro anniversario suo faciendo singulis annis.

II. Johannes, Guillelmus (*idem C*) et Philippus, n. c. m.

III... Et Guillelmus et Ebrardus, presbiter, amicus noster.

## DCXXXV

## NOVEMBRE

1<sup>er</sup> NOVEMBRE. — *Kalendas novembris.* — I. Eremburgis et Aales que dedit nobis decem solidos annui census.

II. Robertus, Guillelmus et Johannes Concens, n. c. m.

III. Robertus, n. c. m., et Guillelmus, amicus noster.

2 NOVEMBRE. — *IV nonas.* — I. Berta, Bricius Maugendre et ejus uxor, et Guillelmus eorum filius, amici nostri.

II. Johannes de Brurolis et Johannes Trambloye, prior de Brucia, et dominus Johannes, quondam abbas hujus loci, n. c. m., et fr. Jacobus Cerosne, prior de Pontegalleto, 1588.

III. Johannes, n. c. m.

3 NOVEMBRE. — *III nonas.* — I. Guido monachus Sancti Taurini et Matheus, vicedominus Carnotensis [xiii<sup>e</sup> soec. med.], de cuius elemosina habuimus sex libras pro anniversario suo faciendo.

II. Guillelmus et Amauricius, n. c. m. (*idem C*) et Ermengardis soror, et Micael de Guiffre, n. c. m. Hac die obiit dominus Abel Desportes, prior de Pontegaleto, 1638.

III... Et Leobinus, amicus noster.

4 NOVEMBRE. — *II nonas.* — I. Johannes Loisel, qui dedit nobis centum solidos ad redditus emendos.

II. Briennus et Berengerius, n. c. m. [amicus noster, C].

III. Teobertus et Amauricus, n. c. m.<sup>1</sup>.

5 NOVEMBRE. — *Nonas.* — I. Symon, amicus noster.

II. Theobertus et Johannes, n. c. m., et Maria, soror.

III. Johannes, n. c. m.

<sup>1</sup> Le ms. 40105 [D] finit ici.

## DCXXXVI

6 NOVEMBRE. — *VIII idus.* — I. Alicia de Gellier, famula n.  
 II. Girardus, Hubertus et Johannes, n. c. m., et Petronilla, soror.  
 III. Gilebertus et Girardus et Johannes de Pisota, (?) n. c. m.

7 NOVEMBRE. — *VII idus.* — II. Robertus et Guillelmus, n. c. m., et  
 Pasqueria, soror.

III. — Maria, soror nostra.

8 NOVEMBRE. — *VI idus.* — I. Nicholaus Cucas et domnus Nicolaus  
 Gille, qui dedit nobis xxxii solidos redditus apud Nogentum Rotrodi,  
 pro anniversario suo et amicorum suorum, singulis annis faciendo.

II. Depositio Ludovici, regis Francorum [1226], et Guiscardus  
 Taneguidus et domnus Thomas, abbas hujus loci xvi<sup>us</sup>, cuius favore et  
 amore, rex Philippus Valesii, ejus compater, cuius filium e sacro fonte  
 alias levavit, concessit nobis ecclesiam de Formetout, cum suis pertinen-  
 tiis, nec non imaginem Virginis Marie argenteam et exterius deaura-  
 tam in modum tabernaculi confectam et multa alia bona ipse nobis  
 acquisivit prudentia sua.

III. Garinus et Guisvardus, n. c. m., et Thomas, abbas xvi<sup>us</sup>,  
 cuius favore et amore rex concessit nobis ecclesiam de Formetout et  
 multa alia bona acquisivit nobis prudentia sua <sup>2</sup>.

9 NOVEMBRE. — *V idus.* — II. Garinus, Petrus et Martinus,  
 n. c. m., et Sedilia, soror.

III. — Petrus, n. c. m., Nivardus de Pissiaco junior, amicus  
 noster.

<sup>2</sup> Au moment où nous mettons sous presse, la pierre tombale de l'abbé Thomas vient  
 d'être retrouvée dans les fouilles pratiquées dans l'ancienne église de Josaphat. On y lit  
 l'inscription suivante malheureusement incomplète : « MEVLLENTI NATVS THOMAS QVI  
 SANCTE... MARIE JOSAPHAT ABBACIE REXIT JACET HIC TVMVLATVS, QVAM SIC DICTAVIT  
 QVOD DVPLIO MVLTIPLICAVIT... EI MATER AMORQUE DEI SANCTA MARIA ET JOHANNES.  
 OBIIT ANNO DOMINI M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> LII<sup>o</sup>, DIE IOVIS POST OMNIVM SANCTORVM ». Il avait été prieur  
 de Davron. (Voir au 26 novembre.)

10 NOVEMBRE. — *IV idus.* — I. Guillermus et Johannes de Montigniaco, qui dedit nobis decem solidos, in censibus suis de Montigniaco annuatim capiendos.

